UNIVERSITÄTS
BIBLIOTHEK
WUPPERTAL

BERGISCHE
UNIVERSITÄT
WUPPERTAL

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Codicis Dn. Ivstiniani Sacratissimi Principis P.P. Avg. Repetitæ prælectionis Libri XII

**Justinian <I., Byzantinisches Reich, Kaiser>**

**Francofurti ad Moenum, M D LXXXVII.**

Collatio I.

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-1733

Visual Library

# IN NOMINE DOMINI DEI NOSTRI IESV CHRISTI, INCIPIT LIBER [a] CONSTITVTIONVM NOVELLArum [b] DN. Iuſtiniani ſacratiſſimi Principis perpetui Auguſti.

## Collatio [c] prima.

## DE [d] HÆREDIBVS [e] ET FALCIDIA [f], Titvlvs [g] primvs.

### Nouella Conſtitutio prima. Gloſſata.

Imperator Iuſtinianus Auguſtus Ioanni glorioſiſſimo ſacrorum per Orientem prætoriorum præfecto iterum exconſule & patricio.

PRAEFATIO.

OCCVPATIS nobis circa totius reipublicæ curas, & paruum [h] nihil eligentibus cogitare, ſed quatenus Perſæ quidem conquieſcant, Vandali [i] verò cum Mauris obediant, & Charcedonij [k] antiquam recipientes habeant libertatem, Tzani [l] autem nunc primum ſub Romanorum facti republica, inter ſubiectos habeantur: (quod nondum hactenus, niſi ſub imperio noſtro, dedit Romanus Deus) incurrunt etiam propriè ſolicitudines à noſtris ſubiectis ſemper nuntiatæ: quarum quidem ſingulis damus competentem formam. Quæcunque verò frequenti quidem potiuntur per partes auxilio, poſſibilia tamen ſunt ſcripta lege, vt communem omnibus præſtent (in quibus opus habent) vtilitatem: hæc oportere putauimus & lege ſancire, & tradere ſubiectis per ſe iuuantia, & non ſemper iuſſione egentia. 1 ¶ Semper igitur nobis importuni ſunt, alij quidem nos pro legatis relictis non tamen præbitis adeuntes: alij verò pro libertatibus: alij ob aliud quiddam: quod tranſmittentes quidem hæreditates dari quibuſdam aut fieri conſtituerunt: indeuotè [a] autem & res adeunt, & eas percipiunt: & quod eſt iuſſum, non faciunt: cùm vtique etiam à veteribus legislatoribus dictum ſit, competentes [b] deficientium diſpoſitiones, quæcumque non repugnant legibus, omnibus modis impleri. Sed quoniam ita poſitas leges iam plerumque neglectas inuenimus: reparare eas iudicauimus oportere: & tam viuentibus præbere ex eis cautelam, quàm morientibus, hinc exhibere honorem. 2 ¶ Primùm itaque illud eſt cogitandum, quia teſtantib. alijs [c] quidem neceſſitatem imponit lex diſtribuere quandam partem perſonis quibuſdam, tamquam hoc ſecundum ipſam [d] naturam eis debeatur, quale eſt filiis & nepotibus, & patribus atque matribus: interdum verò etiam fratribus, & ſi quam huiuſmodi perſonam, aut in iis qui ex nobis ſunt, aut ex quibus nos ſumus, enumerauerunt leges. Aliis autem nulla conſiſtit neceſſitas partem dare quamlibet propriæ ſubſtantiæ: ſed ſua poteſtas eis largitur, ad quoſcumque teſtator voluerit, proferenda.

Si hæres legata ſoluere noluerit.

CAPVT I.

HIS igitur à nobis præordinatis, ſancimus eos qui ab aliquibus ſcripti ſunt hæredes, aut meruerunt fideicommiſſa, per vniuerſitatem forſan, aut per ſpeciem, aut legatum neceſſitatem habere quæcunq; teſtator & honorans eos, diſpoſuerit, omnimodo ea complere [e], ſi quod præcipitur, legitimū [f] ſit, aut ſi non illud aliqua lex ‖ prohibeat [g] ‖ vel ſi non fiat ab eo qui honoratus eſt, tamen ratum [h] eſſe expreſsè iam demonſtrat. 1 ¶ Si quis autem non implens quod diſpoſitum eſt, ſed [i] dum competat ei qui honoratus eſt, quod relictum eſt, etiam ex decreto iudicis admonitus, annum [k] totum

[a] Hæ Iuſtiniani Nouellæ conſtitutiones, Græco ſermone ſunt editæ: earumq; prçcipuę editiones duæ, vna Haloandri, Scrimgeri altera. Quæ nūc ſequitur Latina interpretatio veteris eſt ac incerti autoris. Cuiac. tamē 8.*obſ. Vlt.* hominem Græcū fuiſſe exiſtimat & quidem eruditū. Molinæus *quæſt.* 1. *de Vſuris num.* 67. Latiniſmi imperitum appellat. Equidem animaduerti, vnam etiam & eandem conſtitutionē multoties ſibi diſſimilem: vt iam veteris editionis varios interpretes fuiſſe putem. Extant præter veterē interpretationem aliæ non ita pridem editæ. Prior eſt Haloandri, Altera Henrici Agylei, cui tamen ſatis fuit lacunas Haloandrinæ editionis ex Scrimgeriana ſupplere. [b] Nouellæ *νεαραὶ διατάξεις*. Non ita dicūtur, quòd noua & alia à veteribus iura contineant, vt Cedrenus putat: ſed quòd *μετὰ τὸν κώδικα*, i. quòd nouiſſimè ꝓmulgatæ ſint, poſt Codicem Iuſtiniani repetitæ prçlectionis. Eadem appellatio tributa ijs conſtitutionibus quæ poſt primas editæ fuerunt *l.* 34. *in f. Cod. de inofficioſo*. Dicuntur etiam Authenticæ, cuius vocis rationem vide apud Alciatum 2. *parerg.* 46. [c] hic liber Nouellarum in 9. collationes diſtributus fuit, non à Græcis: ſed à Latinis interpretibus. Earum enim Græci codices nullam faciunt mentionem. [d] v. Iulianum patricium *conſtit.* 1. [e] qui non obtemperant voluntati defuncti ſc. eorumq; pœnis. Pertinet etiam hæc Nouella ad legatarios, fideicommiſſarios, mortis cauſa donatarios, quibus ceſſantibus adimplere voluntatem defuncti, aufertur omne emolumentum teſtamenti. [f] hæredibus extraneis, ſcriptis, vel nuncupatis tributa & confirmata, dummodo inuentariū faciant. quod olim non exigebatur. [g] Extat in reginæ bibliotheca, nouus & breuis in has Nouellas titulorum index, quem Latinum vide apud Cuiacium *tom.* 4. *fol.* 332. *& ſequentib.* [h] *μικρὸν οὐδὲν* i. neque de re parua cogitationem inſtituentibus *Hal.* [i] dixi ad *l.* 1. *& l.* 2. *Cod. de off. præf. præt. Afric.* [k] Carthaginenſes. [l] de quibus Nouella 28. Procopius & Agathias 5. horum meminit. Iidem *ζάννοι*, qui olim *μάκρωνες*, ſi credimus Stephano. ſed tamen Macrones, qui & *μαχέλονες*, Arriano: Macrieæ Apollonio 1. *Argonaut.* diuerſi à *ζάννοις Xenophon. Arrian.* Porro Tzani fuerunt gentes Ponticæ.

[a] *ἀγνωμένως*. [b] Teſtamenta quæ legib. non repugnāt ſeruanda. *Nouel.* 22. *c.* 2. *Nouel.* 48. *c.* 1. *l. Vlt. in fi. Cod. de fideicomm.* [c] Teſtatorū, alij lege coguntur certam hæreditatis portionem quibuſdam proximis perſonis relinquere: alij non coguntur. [d] Legitima deſcendentium & aſcendentium, & quorundam collateraliū, ſecundū naturam debetur, *Vt hîc:* ex natura §. 2. ꝟ. *eo:* neceſſitate legis ꝟ. *eod:* debito naturali *l.* 36. §. 2. *C. de inoff.* naturali quadā lege & tacita. de qua re vide quæ dixi *ad l.* 7. *de bon. damnat.* [e] Voluntas defuncti ab hærede implenda. *facit l.* 27. *in fin. ff. de condic. & demonſtr.* [f] *V. leg.* 27. *ff. de condit. inſtit.* [g] Conditioni prohibitæ, hæres impunè non paret. ſed tamen hoc verbum in vtraq; editione non legitur. Quod cùm ita ſit, verius eſt hîc agi de legis repræſentatione: eo ſenſu, In his quæ lex nominatim repræſentat, ceſſationem aut contumaciam hæredi nihil nocere: vt in libertatibus quæ repræſentantur Senatusconſulto Rubriano *l. Vlt. C. ſi manc. ita fuer. alien. Irner: Cuiac. hîc.* [h] Quod ius remittit, id etiam hæres omittit impunè, putà conditionem iuriſiurandi *l.* 8. *ff. de condit. inſtit.* viduitatis, lege Iulia *l.* 63. *l.* 74. *ff. de condit. & demonſt:* diuortij *l.* 5. *C. de inſtit. & ſubſtit.* quiduis in fraudem legis *l.* 27. *in f. ff. ad l. Falc.* [i] ſed dum quod iuſſus eſt facere recuſat *ἀλλ' ἁρμόσαντα τῷ τετιμημένῳ τοῦ καταλειφθέντος* Hal. *ἀλλὰ ἁρμόσαντος* &c. Scrimg. ſed dum legatario moram facit, *Iulian.* [k] qui numerandus eſt ab admonitione & conuentione iudicis, non ab aditione: poſt condemnationem menſe quarto *c.* 4. ꝟ. *eod.*

protraxerit, non agens hoc quod præceptum eſt, ſi quidem aliquis illorum fuerit, qui neceſſario ex lege præcipiunt[a], in plus autem quàm quòd lex ei dare vult, ſcriptus eſt hęres: tantum accipiat ſolùm, quantum lex ei dat: ſecundum quartá ab inteſtato partem cõcedit: aliud[b] verò totum auferri. Et ſi quidem etiam alij quidam ſcripti ſunt hæredes: accreſcere[c] illis ſecundum[d] partem inſtitutionis quæ vnicuique diſtributa eſt. Si verò nullus alter ſit hæres: aut ſint quidem ſcripti quidam, non autē adeant hæreditatem: tunc quod aufertur, adijciatur aliis rebus: & licentia præbeatur & legatariis, & fideicommiſſariis, & ſeruis libertate honoratis, adire, & hæc acquirere: ita vt omnibus modis quod præceptum eſt, ‖per teſtantem‖ impleatur: cautione[e] videlicet prius ab eis facta, ſecundum quod perſonarum vel rerum receperit modus: quia res accipientes, agunt in eis quæ rectè voluerunt teſtatores. Si verò nullus horum, de quibus teſtamento memoria facta eſt, voluerit adire: hoc eſt, cohæres, aut legatarius, aut fideicommiſſarius, aut ſeruus libertate honoratus: tunc ad alios quos lex ab inteſtato vocat, poſt eum quidem qui ſcriptus eſt, & legitima per hanc legem parte excluſus, deferri res: & ſimiliter præbentes cautionem, quia complent, quæ teſtamento continentur. Inordinatum verò nihil neq; confuſum nec in his fieri volumus: ſed primus ſecundum[f] ordinem vocatus, poſt eum qui iam excluſus eſt à lege noſtra, ita vocetur prior: deinde qui poſt illum eſt: ita de cætero, donec vltimus relictus locũ faciat etiam alicui exterius venientium, & adire, & quæ relicta ſunt implere: poſt quos etiã fiſcum, ſi voluerit, ponimus. Etenim in legatariis & fideicommiſſariis hunc eſſe volumus ordinem, vt detur licentia aditionis priori per[g] vniuerſitatem fideicommiſſario: aut, multis exiſtentibus, maiorem partem habenti: quoniam & in ſimilitudinem[h] hæredis conſiſtit: & maximè apud nos, qui Trebelliano ſoli dogmati dedimus in talibus fideicommiſſis locum: Pegaſiani circuitiones[i] odio habentes, & expellentes. Si verò aut non fuerit quiſpiam per vniuerſitatem honoratus: aut fuerit, ſed noluerit agere ꝙ iuſſum eſt: ad eos qui maioribus propriis legatis aut fideicommiſſis honorati ſunt, huiuſmodi venire fiduciam: ſic quoq; ſeruis dari tempus qui libertate honorati ſunt, & adire, & liberis cautum eſſe, & res percipere, & complere quæ iuſſa ſunt, cum prædicta dudum cautione. Si verò nullus fuerit legatariorum vel fideicõmiſſariorum per vniuerſitatem aut per ſpeciem maiori parte aut in legato, aut in fideicommiſſo honoratus, ſed omnes æqualē habuerint fortunam: tunc præponi quidem etiã ſic per vniuerſitatem fideicõmiſſarios, propter dictã iam dudũ rationem, aut eũ qui ex eis voluerit implere quod præceptum eſt: reliquos autē legatarios vel fideicõmiſſarios quicumq; nihil alterutros in hoc quod relictum eſt, antecedunt, etiam omnes, ſi voluerint, vocari, aut qui ex eis voluerint: Si verò nullus legatarius aut fideicõmiſſarius elegerit hoc agere: damus ſeruis licentiam libertate honoratis, ſecundum ordinem[k] denominationis per quã eos dominus denominauerit, ſecundum hoc habere in alterutros præpoſitionem. 2 ¶ Et hęc quidem omnia ſancimus, vbi neceſſaria quædam ſubiacet datio in aliquo cui ex natura debetur quędam ſucceſſio a teſtatore & moriēte. Si verò nulla ſubeſt huiuſmodi perſona in inſtitutionib. ſed ſpontanea largitas diſpoſitionis à teſtatore fiat: deinde ſcriptus hæres non cõpleat quod præcipitur, intra prædictum à nobis dudum tempus: illum quidē priuari[l] omnib. relictis, nihil penitus neque per Falcidię occaſionem, neq; per aliam cauſam percipere valentem: ſimiliter aũt talia obtinere: & ſi quidē ſint cohæredes, hos vocari volumus: alioqui ad fideicommiſſarios, & legatarios, & ſeruos, & omnes ab inteſtato ſecundum prius a nobis traditum ordinem res venire. vbiq; onere cohærente; quatenus oporteat cõpleri ea quæ teſtator ſecundum legem (ſicut priùs diximus) imperauit. 3 ¶ Si verò inſtitutio etiam ſubſtitutionem[m] habuerit: certũ eſt, quia priùs ad ſubſtitutũ volentē venient omnes res ſecundum legem complentē quæ relicta ſunt: & ſic illo nolente tunc ad cohęredes, & legatarios, & ſeruos, & qui ab inteſtato, & qui extra ſunt, & fiſcũ, ſecundũ à nobis datã obſeruationē, ea quæ auferuntur, venient: cõplentes vbiq; deficientiũ legitimas diſpoſitiones. propterea namq; etiam ad tantas reſpeximus ſucceſſiones, vt[n] non remaneat ſine aditione ipſius morientis hæreditas. 4 ¶ Exhæredatos autem liberos (ſi iuſtè[o] à patre excluſi ſint, & nihil ex patris habeant voluntate) non vocamus, neque reſpicimus, licet decies millies velint. Vna eſt enim legis intentio: vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus, impleantur. cum enim qui ab ipſo teſtatore propria ſubſtantia pulſus eſt, quomodo erit iuſtum vocare ad res quarum cũ ille per exhæredationem factam in eum; expreſſim fieri participem noluit? Si verò ablatam partem a non complente morientis voluntatem, priùs[a] deduximus ad ſubſtitutos, deinde ad cohæredes, & poſt illos ad legatarios & fideicommiſſarios, necnon & ad ſeruos, & ita ad eos qui ab inteſtato vocantur, & ad extraneos[b] atque ad fiſcũm venimus: non abſurdè hoc factum eſt nec inaniter, nec quaſi aliquē lateat quod decet: ſed ex prouidentia, & ſecundum legem: vt finitis primùm omnibus ſecundum teſtamenta perſonis, deinde abrenuntiantibus, ita ad eam quæ eſt ab inteſtato vocationem & alios veniremus. in omnibus autem caſibus, in quibus ſcriptis non complentib. vocamus aut ex teſtamento perſonas, aut ab inteſtato, & cæteros extraneos, & fiſcũ: damus omnibus talib. perſonis fieri hæredes, & aditionis aut pro hærede geſtionis habere ius[c], (hæc.n. legis verba ſunt) & tanquam hęredes omnia gerere & conuentos & conuenientes. Hæc quidē etiam antiquiſſimæ lèges ex propria auctoritate præſtabant: & hęredes faciebant eos qui neq; ſcripti hęredes, neque ab inteſtato ad hæreditatem vocabantur. His omnibus obtinentibus licet non ab hærede, ſed à legatario aut fideicommiſſario, aut mortis[d] cauſa percipiente, dari aliquid aut fieri teſtator voluerit: codē ordine in occaſione ablatarum rerũ ſeruando: & inchoante[e] quidem à ſubſtitutis legatarijs: terminãte vero in fiſco. Et nullus hanc legem durã habeat, tanquam relictis priuatus, ſed conſiderans quia omnib. hominibus terminus vitæ eſt mors[f]: & non ſolùm ab alijs ipſe ſe percipere contempletur, ſed cogitet[g] quia & ipſe alijs moriens imperabit: & ſi non huius legis mereatur auxilium, nihil horum quæ cum omni ſtudio diſpoſuerat, ad effectum perducet. Non enim ijs qui ſub nobis, neque qui nunc ſolùm ſunt hominibus, ſed omni etiam poſt hoc currenti tempori legem ponimus.

## De lege Falcidia.
## Cap. II.

HInc[h] nobis ingreſſa eſt cura & quædam conſideratio Falcidiæ legis, quæ[i] etiam inuitis teſtatoribus, ſi extendantur res per legata, præbet etiam retinere hæredes quantum eis impleat quartam ſubſtantiæ. Et hic enim repugnare quidam videntur voluntati deficientis, & incumbere legi talia permittenti. Sancimus igitur (quoniam tuenda nobis vbique eſt deficientium voluntas) hæredes ſi voluerint hac vtilitate potiri, puram ſeruare legis poteſtatem: & nõ per ea quæ fortè ſubripiũt[k] aut malignantur, introducere pertentent Falcidiam: cũ vtique ſi nihil malignati eſſent, non fortè competeret. 1 ¶ Fiat igitur inuentarium ab hærede[l] metuente[m] ne fortè non habeat poſt debita & legata Falcidiam, ſecundum modum & tempora[n] per quæ dudum ſanciuimus quando homines excepimus ex damno rerum ſuarum, in aditionib. ſtatuentes onera vſq; ad ſubſtantię relictæ mēſurã: illo adiecto ſolo, vt oporteat huiuſmodi hæredē, qui non creditorem ſolùm ſed etiam legatarios & fideicommiſſarios veretur, & metuit non damnificari ſolùm, ſed etiã non lucrari, conuocare[o] omnes legatarios & fideicõmiſſarios, quanticumq; in eadem ciuitate ſunt conſtituti, aut quoſdã pro eis agentes, ſi fortè perſonarũ natura, aut dignitas, aut qualitas, aut ætas, aut quælibet neceſſitas facultatem eis non dat ad inuentarij pręſentiam. Si verò abſunt aliqui, intereſſe teſtes in ipſa ciuitate fide dignos, & poſſidentes[p] ſubſtantiam, & optimæ opinionis exiſtētes, nõ minus tres: (tabularijs enim ſolis, quantum ad hoc competit, nõ credimus[q]) coram quib. conuenit fieri inuentarium: ita vt ſuperuenientibus legatariis, & querentibus forſan ſubreptum aliquid rerum, aut non manifeſtatum: licentia ſit non ſolùm per ſeruorũ examinationem cauſam quærere, (nam etiam hoc præbuimus

[a] putà filius, parens, mater, frater.
[b] Pœna hæredis ꝓximi ceſſantis voluntatem defuncti adimplere.
[c] Quod hęredi cõtumaci decreſcit, reliquis nõ cõtumacibus adcreſcit.
[d] Ius adcreſcendi fit ſecundum partes inſtitutionis.
[e] de qua V. l. 19. *ff. de legat.* 3. In perſona tamen fiſci hæc cautio, non eſt ſatisdatio *l.* 1. §. 18. *ff. Vt legat.*
[f] Gradus ſuccedētium ex teſtamento *l.* 24. §. 17. *ff. de fideicõ. libert.*
[g] Fideicommiſſarij & legatarij vniuerſales, pręferuntur ſingularibus.
[h] Fideicommiſſarius, & legatarius, q maiorem partē habet, ſimiles ſunt hęredi *l. 5. in fi. ff. quod cum eo: l. 4. in f. ff. de bonis libert.* Hinc colligunt, Filium cui fideicommiſſum vniuerſale relictum eſt, non poſſe dicere teſtamētum nullũ. qua de re alibi dicã plenius ĩ.
[i] *adde* §. 7. *Inſtit. de fideic. libert.*
[k] Ordo ſcripturæ ſeruandus *d.* §. 17.
[l] Pœna extranei hæredis contumacis.
[m] Subſtitutus præfertur cohęredi defuncti.
[n] Danda eſt opera, ne qs ſine ſucceſſore moriatur §. 1. *inf. Inſtit. de bon. poſſeſſ.* Intereſt enim defunctorũ habere ſucceſſores *l. 6. ff. de interrogat.*
[o] Iuſtè exhæredatis liberis, extraneus etiã præfertur. & meritò. Nam ſi vis tueri voluntatem, exhæredati non ſunt admittendi contra defuncti voluntatem. Hinc ſequitur exhæredatos non cenſeri numero legitimorum aut extraneorũ: legitimorũ, quia exhæredatione amiſerũt ſuorum nomen *l.* 20. §. 1. *ff. cõt. tab: l.* 1. §. 10. *ff. de ſuis.* Extraneorũ, quia extranei non veniũt cõtra volũtatē defuncti, cõſtitutionis beneficio. & ita, Peior eſt exhæredatorũ quã extraneorum cõditio.

[a] Quod aufertur hęredi ꝓximo non inſtituto, nõ defertur ſtatim ad fiſcũ. Defertur primò ad contumacis ſubſtitutos §. 3. ſ. *et* lis deficiētibus, ad cõtumacis cohæredes, tum ad fideicõmiſſarios. Ab his, ad legatarios deinde ad manumiſſos teſtamēto: tandem ad hęredes ab inteſtato. poſt hæc ad extraneos libertatis cõſeruãdæ cauſa *l. Vlt. C. de teſt. manum.* Poſtremò ad fiſcum.
[b] *l. Vlt. inf. C. de teſta. man.*
[c] Ius hæredũ in quibus cõſiſtat.
[d] hæc conſtitutio pertinet etiam ad mortis cauſa donationes, in quib. põt quoque ſubſtitui *l. 10. ff. de mort. cauſ.*
[e] Primus & extremus ſucceſſor hæredis contumacis, eius ſubſtitutus vel fiſcus.

[f] Mors omnibus vitæ terminus *l. Vlt. C. de epiſc.* [g] *adde l. 1. C. de his quæ ſub modo.* [h] *Authentica, ſed cùm teſtator. C. ad l. Falc.* hinc ſcripta eſt. [i] Nota quæ ſit Falcidia & de eius iure. [k] Hæres, ex rebus hæreditarijs aliquid ſubripiens, eo minus Falcidia vtitur *l. 6. ff. de his quib. Vt indign.* [l] Quænam perſonæ cogantur ad inuentarium faciendũ V. *Rebuff. tom. 1. tract. de ſentent. prouiſionalib. art. 3. gloſſ. 3.* [m] Hæres non conficiens inuentarium falcidiam amittit *l. 22. §. 2. Cod. de iure delib.* [n] tres menſes V. *l. Vlt. Cod. de iure delib.* [o] Solennitates obſeruandæ in inuentario conficiendo *l. 7. Cod. de bon. proſcript.* [p] his enim magis creditur *l. 3. ff. de teſtib.* [q] licet in orborum inuentario conficiendo ſufficiant *l. 32. C. de epiſcop. Nouell. 13. in fi. ĩ. cod.*

per pro-

per prolatam dudum à nobis in ſeruilibus [a] examinationibus obſeruationem) ſed etiam per iuſiurandum [b] hęredis & iuſiurandum teſtium dicētium ſe & affuiſſe ijs quæ geſta ſunt, & vidiſſe [c] quæ tunc agebantur, & in nullo cōſcios eſſe factæ ab hærede malignitatis: ſicq; in ijs quæ relicta ſunt a teſtatoribus, inuenire veritatem: niſi fortè præſentes legatarij omnes aut quidam conſtitutione ſibi præmiſſa noluerint venire, nec adeſſe inuentario: tunc enim licentia erit hæredi etiam non aduenientibus legatariis contentum eſſe teſtium præſentia, & facere deſcriptionem: repoſito [d] etiam ſic legatariis & iureiurando hæredis, & ſeruorum examinatione. & his omnibus obſeruatis habere ex Falcidia præſidium. Sic enim non videbimur neque legem ita hactenus approbatam minuere, neque iniuſtitiam facere morienti. Si enim omnino quidem ſibi vult aliquos fieri hæredes, & habere quandam conſolationem ex ſua ſucceſſione, & arbitratur ſufficientem ſe habere ſubſtantiam, non tamen hoc cauſæ veritas oſtendit: certum eſt quia non hæc contrarietas erit ſententiæ morientis, ſed ignorantiæ puritas illius.

2 ¶ Si verò non [e] fecerit inuentarium ſecundum hanc figuram, ſicut prædiximus, non retinebit Falcidiam: ſed complebit legatarios & fideicommiſſarios: licet puræ [f] ſubſtantiæ morientis tranſcendat menſuram legatorum datio. Et hoc dicimus non noſtram minuentes legem quam poſuimus, vt nihil de proprio damnificentur hæredes creditoribus: ſed dabit eis pœnam exactio ſuæ malignitatis, cur tranſcenderit leges ex quibus cautè omnia agens, nihil poterat damnificari, ſed ex diuerſo etiam quæ ſunt ex Falcidia lege lucrati. Hæc autē dicimus: vbi errans teſtator de ſua ſubſtantia hoc egit: aut fortè cùm debuiſſet etiam ampliorē quantitatem hæredi relinquere, pro minore diſpoſuit. etenim etiam hoc errantis ſententiæ eſt, & non puræ & integræ deſignationis. Si verò expreſſim deſignauerit [g] nō [h] velle hęredem retinere Falcidiam: neceſſariū eſt teſtatoris valere ſententiam, & aut volentem eum parere teſtatori, forſan etiam quædam iuſtè & piè relinquenti: lucrum non in percipiendo, ſed [i] ſolummodo piè agendo habentem: & non videri ſine lucro huiuſmodi eſſe hæreditatē: aut ſi parêre noluerit, eū quidem recedere [k] ab huiuſmodi inſtitutione, locum verò fieri (ſicut dudum prædiximus) ſubſtitutis, & cohæredibus, & fideicommiſſariis, & legatariis, & ſeruis & iis qui ab inteſtato ſunt, & aliis, ſecundum priùs à nobis inuentam in talibus viam.

De legatorum exæquatione.

CAP. III.

NOn autem dabimus licentiam hæredi menſuram ſubſtantiæ ſubtiliter agnoſcenti, ſoluere quidem mox ab initio quibuſdā integra [l] legata, & ad plenum ſententiam teſtatoris ſeruare, (quod etiam præcedentiū nos dicunt conſtitutiones) ab aliquibus autē retinere velle: neq; ex parte quidem complere teſtatoris ſententiam, ex parte verò eam minuere: ſed omnino non errantem circa ſubſtantiæ quantitatem, ſed agnoſcentem & mox ſequentē ſententiā teſtatoris, per omnia eam ſequi, & non ad peiora pœnitere. neq; .n. hoc erit purè ſequentis ‖ hæredis. ‖ Sed neque concedimus eis ab initio ſcientibus quidem, & incautè ſoluētibus, poſteà lites percipientibus inferre, & recipere velle ab eis quodcumque contigerit exoluiſſe eos. Oportet enim ante actionem cogitare, & agere, & non cogitantem rectè, deinde trāſferri ad indeuotionem: niſi fortè iuſta quædā cauſa hoc introduxerit, inopinabili quodā ‖ære alieno‖ apparente, quod minuat ſubſtantiam, & locum receptioni faciat.

Vt legata intra annum ‖ modis omnibus ‖ præſtentur.

CAP. IIII.

ILlud quoque proſpeximus, ne tempus fiat longum in talibus quæſtionibus. Nulla enim talium quæſtionum aut litium tranſcendere anni tempus ſancimus: neceſſitatem imponentes omnino intra annum poſt aditionē & legata ſolui & quæ à teſtatore ſunt relicta, compleri ſecundum ſui naturam, & omnia agi quæcumque priùs ediximus. Initium autem anno damus, ſicut priùs iam diximus, admonitionem [a] ex iudiciali decreto. Anno enim per culpam hæredis tranſacto, tunc ille quidem cadat relictis, alij verò ad hæc venient quos priùs vocauimus.

1 ¶ Pupillis [b] autem & minoribus ætate, nihil noſtra pręiudicat lex. Eſt enim eis ſi quidem etiam ſecundum dictas à nobis cauſas lædantur, duplex quoddam ſubſidium: & per reſtitutiones, & per viam contra negligentes tutores vel curatores. Non autem excipimus à lege neque patronatus ſucceſſiones. & ibi enim legitima eis ſeruata parte, quam nos definiuimus, quicquid vltra hanc eis relictum fuerit, & aliquid à libertis petiti fuerint, illi complere deinde noluerint: hunc ordinem tenere ſancimus, quem inchoantes ſacram noſtram hanc conſtitutionē diximus, ita vt legalis quidem pars maneat apud eos pura talibus: reliqua verò veniat ſecundum viam à nobis nunc apertam in talibus: maximè quoniam in ipſa de iure patronatus poſita à nobis conſtitutione, ad ſimilitudinem penè ingenuorum, etiam libertinitates ordinauimus.

2 ¶ Quia verò duplex eſt [c] teſtamentorum modus, aut in ſcriptam delatus diſpoſitionem, aut in non ſcriptam voluntatem: hæc omnia obtinere ſimiliter, & ſecundum æquam obſeruationem, & in non ſcriptis teſtamentis, & in omni vltima voluntate ſancimus, & in omni perſona, ſiue priuata, ſiue militari [d], ſiue ſacerdotali, ſiue Imperiali [e], ſiue alterius cuiuslibet. Communem namq; omnibus hominibus hanc legem ponimus.

EPILOGVS.

Hæc nos, vt communiter omnibus proſint hominibus, ſcripſimus: quatenus & viuentes relictis potiantur, & deficientes cum ſecuritate moriantur: ſcientes quia lex etiam ſepultis adminiſtrabit: & quæcumque illi diſpoſuerint, ad effectum ipſa perducet. 1 ¶ Quamobrem (quoniam communis hæc vtilitas omnibus eſt hominibus) fiant quidem à tua eminentia hinc præcepta cunctis declarantia legis virtutem: dirigantur autem & per prouincias in omnibus gentibus quæ dudum fuerunt, & nunc à Deo per nos ſunt adiectę principatui Romanorū. Metropolitani [f] verò iudices hæc ſumentes (ſicut dudum ſancitum a nobis eſt) vnicuiq; dirigant ciuitati: nulluſq; manebit non audiens legem, quæ neque in paupertate viuere, neque mori in anxietate permittit. Data Kalen. Ian. Conſtant. Flauio Biliſario viro clariſſimo conſule, Indictione decima tertia.

DE NON [g] ELIGENDO SECVNDO NVBENTES MVLIERES: ET ALIENATIONE & lucro antenuptialis donationis: & de ſucceſſionibus earum filiis ſuis,

Tit. II.

*NOVELLA CONSTIT. II.* G.

Imperator Iuſtinianus Auguſt. Hermogeni glorioſ. magiſtro ſacrorum officiorum, exconſule & patritio.

PRAEFATIO.

ET ante nos legislatoribus Romanis continuam legislationis occaſionem emergentiū cauſarum dabat varietas: & nos omnem partem legislationis ornantes, reipublicæ: cunctam pene correctionem, aliquando quidem pro egentium interpellationibus, aliquando verò in iudicialibus quæſtionibus celebrauimus: & multas leges hinc ſubiectis noſtris conſcripſimus: quale eſt quod etiam núc emergens ad hanc nos vocauit legem. 1 ¶ Gregoria enim ſupplicauit, dicens, habuiſſe ſe dudum virum, & duos feciſſe filios, maſculum & fœminam, & extuliſſe [h] quidem maritum: plurimū verò à filio experta fauorē, exiſtimauit oportere, ne relinqueret eū ſine remuneratione, nec extra competentē honorē dimitteret. Igitur antenuptialem donationem, licet non veniens ad ſecunda

[a] De quęſtione ſeruorum aduerſus dominos inuentarij perſcrutādi cauſa v. *l. vlt.* §. 10. *C. de iure delib. Nouell.* 48. *l. vlt. C. de quæſtionib.*
[b] Hanc particulā omiſit Scrimger⁹ in ſua editione. adde etiā de monitorioq; cōpetit læſo. de quo v. Rebuff. *in tract. de inuentario gloſſa vna n.* 9
[c] An cœcus teſtis eſſe poſſit, v. Oldendorpiū *c.* 4. *de teſtib. nu.* 15. Teſtimoniū de auditu nū admittitur? vtiq; §. 1. *in fi. Inſt. de milit. teſtam: l.* 8. *ff. de off. præſid. l.* 24. *in f. ff. de teſtam. mil. l.* 79. §. 1. *ff. de legat.* 3: *l.* 2. §. 8. *ff. de aq. pluu. adde q̄ not. ad l.* 8. *ff. de probat. vbi dixi admitti teſtimoniū de auditione.*
[d] ἀποκειμένῳ, i. ſepoſito, remoto *l.* 15. §. 33. *ff. de dam.*
[e] Hęres, non cōfecto inuētario, tenetur vltra vires hæreditarias.
[f] Pura ſubſtantia eſt, q̄ ære alieno eſt ſoluta. *l. vlt. Cod. de repud. Nou.* 22. vel aliās ſoluta tributis. *l.* 20. *C. de agricol. & cenſit. lib.* 11. *tit.* 47.
[g] in teſtamento ſc. Quid, non poterat olim hæres obligari viuo teſtatore, ne Falcidia vteretur? nō poterat *l.* 15. §. 1. *ff. ad l. Falc.* quid poſt eius mortē? hodie pōt *l. vlt. C. ad leg. Falc. l.* 46. *ff. ad leg. Fal* [h] Teſtator prohibere pōt hæredē extraneū vti Falcidia. Inuito teſtatore, legi Falcidiæ locus non eſt. quod olim eſſe nō poterat *l.* 55. *ff. de legat.* 1. niſi de libertate agebatur *l.* 33. *ff. ad leg. Falcid. l.* 6. *ff. de fideicom. libertatib:* niſi principes id permiſiſſent *l.* 30. *in f. ff. ad Treb:* niſi nō hęredes ſed legatarij ac fideicommiſſarij vti Falcidia prohibebantur. ſolebant .n. huiuſmodi perſonæ arceri à Falcidia *l.* 32. *in f. l.* 47. *in f. ff. ad leg. Falc.* v. *Cuiac. hic.* An quartæ deductio prohiberi poſſit à teſtatore, vide apud Hotomanū *conſil.* 1. [i] Ratio, propter quam cuiq; conceditur vetare Falcidiam. [k] ἀναχωρῆσαι quod non ſignificat repudiare, ſed abire ab hæreditate. [l] Qui ſciens vires patrimonij, ſolida quibuſdam legata cępit ſoluere, & reliquis quoq; integra debet ſoluere: quaſi prima ſolutione amplecti videatur in omnibus iudiciū defuncti. quod derogat legi 6. §. *vlt. C. ad l. Falc.* Itaq; minuitur valde poteſtas legis Falcidiæ, reſpectu extraneorum, *hac lege*: eripitur .n. hęredi non implenti voluntatem defuncti, inuentarium non facienti: ei qui iuſſus eſt ea non vti: ei qui cœpit quibuſdam integra legata ſoluere.

[a] nō ab aditione hęreditatis, nō a cōdēnatione, ſed à conuētione iudicis. idq; nomen ὑπομνήσεως indicat.
[b] ἀνήβοις.
[c] Teſtamentum aut ſcriptū, aut nuncupatiuum.
[d] hoc vult, Teneri militē obſequi defuncti voluntati. Cuiaci⁹ putat, Omiſſione inuētarij eū nō obligari ad ſoluēdū æs alienū *l. vlt. in fi. ff. de iure delib:* nec ad ſolida legata. quin, ei ignoſcēdū, ſi ignorantia legis Falcidię quibuſdā ſoluit integra legata.
[e] βασιλικοῦ. βασιλικοῖς, Cæſarianus, officialis Cęſaris, qui ab Hieronymo palatinus.
[f] μητροπόλεων ἄρχοντες aut pręſides ꝓuinciarū, q̄ in metropoli ꝓuinciæ habitabant. Vrbs .n. ꝓ metropoli accipitur *l.* 32 *ff. ex qui. cauſ. maior. l.* 4. §. 9. *ff. de damno.*
[g] ſenſus eſt, Matres ſecūdo nubētes, hodie nō poſſe eligere vnū ex liberis, eiq; vni largiri cōmoda donationis à marito acceptæ ꝓpter nuptias: ſed ea omnia ſeruāda eſſe liberis cōmunibus. Olim, id matri ſecūdo nubēti permiſſum erat *l.* 3. 5. *inf. pr. C. de ſecund. nupt.* adde Iulianū Patriciū conſtit. 2.
[h] Martialis 4. Omnes quas habuit, Fabiane, Lycoris a-

micas, extulit: & 5. ego coniugẽ extuli & 3. Extulit, inquis, vxorem.

vota, tamen reſtituit, & dedit filio: qui tamen non viuens ei permanſit, ſed abijt ex hominibus antequam ad ſecundas venire vellet nuptias mater: & lex tam antiqua quàm noſtra vocauit ambas [a] & filiam & matrem ad minoris ſucceſſionem. Et ſi quidem in prioribus mater nuptiis permanſiſſet, nulla quæſtio fuerat: ſed illa quidem ad virum deſcendit ſecundum, vſumfructum qui fuerat omnẽ habens antenuptialis donationis: (ſic enim eam etiam omnem donauit, vt [b] vſus quidem apud eam remaneret, proprietas autem fieret apud filium) omnem verò proprietatem filia percipere minabatur, non [c] ſecundum quantum hæres erat fratris, ſed ſecundum [d] quantum pater dederat matri, dicens nullam fiduciam habere matrem ad ſecunda vota migrantem, proprietatem habere donationis quacunque ratione. verùm mater nequaquam hoc antenuptialem eſſe donationem omnino affirmabat, ſed permixtam iam rebus filij, & tanquam hæreditatis, non adhuc tanquam donationis exiſtentis, competere ei ſex vnciarum & proprietatem & vſum habere. Et non ſolùm hoc dubitabatur, ſed etiam de ipſa hæreditate fratris contra eam filia reluctabatur, matre quidem petente eius hæreditatem pro media parte, ſecundum quam eam nos ad hæreditatem filij vocauimus vna exiſtente ſorore, moriente [verò] filio, cum ea vocata: filia verò obtinere hæreditatem fratris valde fortiter ex prioribus ſanctionibus inſiſtente, & dicente quia mater ſi quidem ad ſecúndas nuptias non veniſſet, rectè vindicaret hæreditatem filij: venientem verò ad virum alterum, omnino priuari ijs quæ ex paterna ſubſtantia filius acquiſiuit: quia ſi poſt ſecundas nuptias filius mortuus eſſet, vndecunque acquiſita eſſet ei ſubſtantia, ipſa eſſet domina: hæc conſtitutionibus ambabus volentibus quę talia decernunt. mater quidem valde crudeliter habere conſtitutiones illas, & indignas clementia noſtrorum temporum affirmabat. veruntamen vſa eſt à nobis poſita conſtitutione, dicens hanc non ſubdi conſtitutionibus prioribus, atq; matres quidem nondum ad virum ſecundùm venientes [e], cum filiis vocari: quę verò ſecundis copulantur nuptiis, nequaquam. hîc autem etiam aliquid adeſſe peregrinum: ſe enim in filium largitatem conferentem occaſione electionis, rurſus de donatione potius recepiſſe videri, quàm ſic ſimpliciter lucrum irrationabile habere. Hæc nos diu perſcrutantes, & omnem talium electionum & hæreditatum contemplationem conſiderantes, oportere credidimus communem ſuper his ſcribere legem ſecundum quam & præſens quæſtio ſuſcepit terminum.

[a] Mater non tranſiens ad ſecũda vota, filio minori ſuccedit ab inteſtato cũ eius fratrib. aut ſororib.
[b] Donare poſſumus proprietatẽ bonorum retento vſufructu.
[c] i. non ex ſemiſſe.
[d] i. integram.
[e] id eſt, quæ nondum ad virum ſecundũ venerunt.

De electione ſublata.

## CAP. I.

PRoſpeximus itaque non confuſum hoc electionibus indiſcretumque relinquere, ſed huiuſmodi dare ordinem cauſæ: matre [f] ſemel ad ſecundas nuptias veniente, lucrum mox omnium filiorum proprietatem antenuptialis fieri donationis: & nullam eſſe licẽtiam matri alios quidem filiorum eligere, alios autem exhonorare: quoniam omnibus ſimul ſecundis nuptiis fecit iniuriam. quapropter & in præſenti proprietas antenuptialis donationis tota ad filiam veniet: vſu apud matrem donec aduiuet, ſeruando. & ſecundum noſtram conſtitutionem, (ſi quidem mater præmoriatur) filiæ tota antenuptialis donatio competit. ſi verò filia, manet quidem apud matrem lucrum ex pacto non exiſtentium filiorum, reliquum verò erit filiæ: & moriens hoc tranſmittet ad ſuos hæredes qui ex lege vocantur.

[f] nota regulam.

De alienatione dotis aut propter nuptias donationis extraneo facta.

## CAP. II.

HOc [g] autem quod fit quidem ſemper, expreſſim verò nondum lege determinatum eſt: hoc ad melius incrementum, & interpoſitionem damus huic legi. nam ſi non filio fortè, ſed alicui extraneo mater adhuc ſecundas non experta nuptias, partem quandam antenuptialis donationis, aut aliquam rem ex ea, vel totam donet, aut per alium fortè alienet modum, deinde ad maritum veniat ſecundum: palam eſt quia ſuperuenientibus [h] ſecundis nuptiis alienatio euacuatur. nec hoc omnibus modis, ſed in ſuſpenſo & alienatio & euacuatio manet. nam ſi manſerint ſuperſtites filij, euacuabitur omnino quod factum eſt: lege proprietatem antenuptialis donationis ad filios deducente, & non reſpiciente mulierem ſi quid egerit in læſionem filiorum. Si verò præmoriantur [a] omnes matris filij, erit contractus firmus non in totum, ſed ſecundum pactum non exiſtentium filiorum, quod nos introduximus primi, & ſtatuimus nuper de hoc ſcribentes legem. Et ſecundum quandam quidem partem erit contractus firmus, ſecundum quandam verò infirmus apparebit: hoc eſt, ſecundũ hoc quidem quod permanet apud matrem occaſione pacti filiorum non exiſtentium, valebit: ſecundum hoc verò quod tranſmittitur ad filij ſucceſſores, infirmus erit: vt ſi mater ſola filio ſuccedens inueniatur, omnis contractus rurſus firmus erit. 1 ¶ Quia verò contra [b] binubos pœnæ communes & viri ſunt & mulieris: ille quidem in dote ad ſecundas veniens nuptias periculum ſuſtinebit: hæc autem in antenuptiali ſeu propter nuptias donatione. Et hæc lex in vtraque ſit poſita perſona, hæc & de electione & de alienatione & de lucro ſanciens.

[g] hinc ſumpta eſt pars authenticæ, *Sed & ſi qui Cod. de ſacroſ. eccleſ.*
[h] *Nouel. 22. c. 26.*
[a] *d. Nou. 22. c. 22.*
[b] *Nouell. 22. c. 23: l. 5. C. de ſecund. nupt.*

De ſucceſſione ſi filius inteſtatus mortuus fuerit, vel qualiter ſecundò nubentes ad filiorum hæreditatem vocentur.

## CAP. III.

CVm [c] igitur reliquum ſit cogitare de hæreditatibus filiorum, pro quo etiam præſens eſt dubitatio: oportere credimus generali lege & præſentem quæſtionem dirimere & determinare, & in futuro mouendis omnibus dare deciſionem. Et ſancimus alias res poſt antenuptialem donationem ad filios venientes, ſi quidem filius maſculus, aut fœmina fortè teſtetur, ſecundum legem venire ad ſcriptos hæredes: hîc matre non prohibita ſcribi à filio hærede: ſed etiam contra teſtamentum ei datis allegationibus, ſi fortè filius eam prætermiſerit, aut irrationabiliter exhæredatam fecerit. Si verò inteſtatus [d] deceſſerit, reſeruans illius partem, ſi quidẽ habuerit filios ꝓprios, ad filios venire. ſin aũt non habuerit quidẽ filios proprios, ſit fratrum vocatio & matris vna cum fratrib. (ſecundum quod à nobis ſancitum eſt) ad hæreditatem venientis, & eam firmè habentis, ſiue ad ſecundas vellet venire nuptias, ſiue non. Nec enim maiores pœnas aduerſus mulieres quæ ad ſecundas veniunt nuptias, facimus: neque ex hoc eas ad neceſſitatem deducimus [e] amaram, & noſtrorũ temporum indignam, vt metu caſtarum nuptiarum (licet [f] ſecundæ ſunt) ab his quidem abſtineant, & deſcendant ad quaſdam interdictas permixtiones, & forſan etiam ad ſeruorum corruptiones: & quoniam non licet legaliter caſtè viuere, contra leges luxurientur. Nequaquam igitur valere volumus, neque in quinto libro Codicis cognominis noſtræ pietatis poſitam conſtitutionem, [f] decernentem de hæreditatibus filiorum quos matres ad ſecundas nuptias venientes viderunt præobeuntes, neque in ſexto libro eiuſdem conſcriptionis ſub Titulo [g] Tertulliani, quæ de mulieribus diſputat ſecundis quidem nuptiis iunctis, ante ſecundam tamen copulationem filios amittentibus: ſed vocetur ad filij hæreditatem modis omnibus mater cum [h] fratribus, & hanc habeat firmè, nihil ex ſecundis lædenda nuptiis. quod & in ſubiecta quæſtione quæ legem hãc mouit, obtineat, & mater vna cum filia ſuccedat hæreditati: aut etiam ſuccedens hanc irrefragabiliter habeat, nihil ex ſpe ſecundarum lædenda nuptiarum, ſed domina eiuſdem hæreditatis cum filia abſolutè conſiſtens. Optimum itaque eſt, atq; laudabile, & dignum oratione, vt mulieres ita ſe honeſtè tractent, quatenus quę ſemel ad virum venerunt, ſeruent inuiolatum morientium torum, & huiuſmodi mulierem & miramur pariter & laudamus, & non [i] procul à virginitate ponimus. Sin autem non voluerit, (cùm forſitan & iuuenis [k] hoc non patiatur, nec poſſit contra [l] feruorem [m] naturæ reſiſtere) non eſt torquenda propter hoc: nec interdicendæ ſunt ei communes leges: ſed ad viri alterius veniat nuptias honeſtè, & omni luxuria abſtineat: & fruatur ſucceſſione filiorum. Sic enim eos adhuc amplius diliget, & non quaſi quoſdam odibiles reſpiciet, pœnis ſubdita ſic amaris. Sicut enim patres ſi ad ſecundas veniant nuptias, non [n] fraudamus filiorum ſuorum ſucceſſione, nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens: ſic neq; matres priuabimus filiorum ſucceſſione, ſi matres ad virum veniant ſecundum, licet ante nuptias ſecundas aut poſt ſecundas filij moriantur. Alioqui ex abſurditate legis, licet præmoriantur filij omnes non relinquentes filios aut nepotes, nihilo minus ſupplicium manet: & non ſuccedit eis mater, nec ſi ſine filiis moriantur: ſed inhumanè ab eorum expellitur ſucceſſione, fruſtra quidem pariens, fruſtrà ſimul & nutriens, propter legales nuptias ſubiecta pœnis: & ſuccedent quidem illis aliqui ex longa cogna-

[c] Hinc ſumpta eſt Authẽtica, ex teſtamento *Co. de ſecun. nupt.*
[d] *Nouell. 22. cap. 46.*
[e] *d. c. 46.*
[f] *l. 3. C. de ſecund. nupt.*
[g] *l. 5. C. ad Sc. Tertull.*
[h] Mater cum fratribus, defuncto ſuccedit ab inteſtato.
[i] Primæ nuptiæ, nõ procul à virginitate. Antiquum illud fuit, Primas honorari, quas ideo Nazianzenus vocauit *συνοικέσιον νόμον*, vt & Secũdas *συγχώρησιν*, tertias, *παρανομίαν*, quartas *χοιρώδη βίον*.
[k] Iuuenes ad nuptias proniores *adde* 1. *ad Timoth.* 5.
[l] Naturæ reluctari difficile.
[m] Nuptias appetimus feruore naturæ.
[n] Parẽtes ob nuptias ſecũdò cõtractas, non priuãtur filiorum ſucceſſione.

cognatione: mater autem irrationabiliter expelletur. Quapropter & ipſa ſuccedat filiis: & ſit hæc lex clemens & mitis, matres filiis concilians. Colligentes igitur huius legis partes, ſancimus, quoniam matrem (ſecundum quod iamdudum diximus) aſſimilamus [a] patri in antenuptiali donatione: & ipſam ſuſtinere quidem pœnas, ſicut ſuſtinet pater in dote. in hæreditatem autem filiorum ſine tergiuerſatione veniant & pater & mater ſecundum ſubiectas vtrique caſui quæſtiones. Proinde quod patres habent ſiue ad ſecundas venientes nuptias, ſiue non: hoc etiam matres habeant, voceturque mater ad filij hæreditatem, ſiue iam ad ſecundas venit nuptias, ſiue poſtea veniat. 1 ¶ Antenuptiali verò donatione, ad ſecundum veniens conſortium, neque ſecundum quantum hæres exiſtet filij, fruatur: ſed hoc filiorum ſit ſolum lucrum, eis à lege datum, & non videatur eſſe pars hæreditatis filij, ſed adhuc antenuptialis donationis non abijciens naturam. Quæ competit tenere etiam circa eas quæ nunc iam ſunt viduatæ mulieres, & propriis ſucceſſerunt filijs: & quæ nondum ad ſecundas veniūt nuptias, licet poſtea veniant. Quod igitur hîc habetur, ſic omni tempore ſanciatur.

[a] Quod ius patri competit in liberorum ſucceſſione, idem matribus competit.

De adminiſtratione donationis propter nuptias ſi mulier ad ſecundas nuptias tranſierit.

Cap. IIII.

ALiud [b] verò quiddam occaſione ſecundò nubentium mulierum & antenuptialis donationis, adijcere prioribꝰ, bene ſe habere credimus. Priſcis namque conſtitutionibus præbentibus electionem mulieri quæ ad ſecunda vota deſcendit, ſi vellet accipere ante nuptias donationem, ſecundum quod ei permittunt pacta, & exponere filiis cautionem [c] quia moriens hæc reſtitueret: ſiue cùm non valet dare cautionem, aut nollet fortè, manerent quidem res apud filios antenuptialis donationis, ſoluerent autem ei etiam tertiam [d] partem centeſimæ vſuræ: nos ex quæſtionum emergentium varietate moti, quoniam inuenimus minores in hoc periculum patientes, antenuptiali donatione in pecuniis [e] exiſtente: & alios aurum quidem non habentes, coactos autem omnia paterna vendere, quatenus exſolueretur antenuptialis donationis debitum, ad eos vtique ſecundum legem antenuptiali donatione veniente: propterea iudicauimus oportere hunc dari ordinem cauſæ, vt ſi [f] quis contulerit res ſecundum antenuptialem donationem: ſi quidem omnes immobiles ſint, maneat harum vſus apud matrem: & ipſa eum colligat, & non reſpuat: neq; exigat filios pro harum æſtimatione vſuras: ſed & diligentiam earum habeat, ſicut lex iubet vſu quidem exiſtentibus dominis: & cuſtodiat eas ſecundum leges antiquas filijs ſuperſtitibus: aut ſi omnes moriantur, ſecundum noſtrā legem in caſum quidem non exiſtentium filiorum, matri: reliquum verò filiorum hæredibus conſeruandum. Si autem omnis fortè conſiſtat in pecuniis, aut aliis mobilibus rebus antenuptialis donatio: tertiam vſurarum partem percipientem matrem cum [g] cautione iam definita, non exigere à filiis aurum: niſi fortè idonea ſit viri ſubſtantia, & habeat aurum & argentum & veſtem. & quicquid conſcriptum fuerit matri. tunc enim electionem matri dabimus, ſiue voluerit res percipere, & præbere cautionem: ſiue iuſtam quam diximus vſuram accipere & ſecundum priores leges, & ſecundum noſtram. Si verò permixtæ ſint res, & donatio ante nuptias aliud quidem in pecunijs, aliud verò in immobilib. habeat rebus: immobilia quidem modis omnibus manere apud matrem, vt alimentum habeat inde: porrò de mobilibus hæc valere quæ ſanciuimus priùs, ſi eſſent in rebus mobilibus omnia antenuptialis donationis conſiſtentia.

[b] hinc ſumpta eſt Authētica, Sed ſi aurum C. de ſecund. nupt.

[c] §. *Verſ. ſi autem* ].

[d] .i. vſuram trientum.

[e] *κτήμασι Scrimg: χρήμασι Cuiac.*

[f] nota regulam.

[g] *Verſ. priſcis ſ. eod. l. 5. §. 1. C. de ſecund. nupt.*

De dote ſcripta & non numerata vel præſtita.

Cap. V.

ILLVD [h] quoque dudum acerbè quidem ſancitum, rarò autem in iudicio examinatum, exiſtimamus oportere clara lege complecti, & tradere vſui, & deducere ad iudicia, pro cōmuni poſitum adiutorio. Si enim coniungantur aliqui alterutris cum dotis & antenuptialis donationis documentis: deinde vir quidem antenuptialem præbeat donationem, mulier autem ſcribat dotem, aut ipſa præbente eam, aut dante patre, aut quolibet extraneo: poſtea appareat matrimonij tempore dos nōn data marito, ſed ſuſtineat onera matrimonij, & matrimonium morte viri ſoluatur: non eſt iuſtum omnino mulierem dotem non [a] dantem marito antenuptialem accipere donationem. Sin autem etiam non totam dedit dotem: & ipſa pro tanto exigat donationem, & in quantum dederit dotem. æqualitatis [b] enim & iuſtitiæ ſumus amatores, quam in omnibus aliis & in conſortiis volumus obtinere. Quapropter quæ mulier nil omnino dat, nil omnino percipiat. quæ verò minùs quàm profeſſa eſt dedit, tantùm [c] recipiat ſolùm, quantum obtulit, ſitque etiam hoc optimum in præſenti lege incrementum, plurima decernente, quæ ſemper in dubitatione ſunt, vix autē modo ad legiſlationem deducta. Hanc autem valere volumus legem & in caſu dante ei principium, & in pendentibus litibus, & in omnibus de cætero prouenientibus.

[h] hinc ſumpta eſt Authētica, Sed quæ nihil Cod. de pact. cōuent.

[a] Quę dotem nō dedit marito, antenuptialē donationem non accipit. Quid ſi per maritū ſtetit, quo minus dos ei daretur? more maritieius vxori non nocebit *Nou. 9.*

[b] Æqualitas ſeruanda.

[c] Quantum mulier dedit dotis nomine, tātum ea ex donatione ꝑpter nuptias recipit.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur placuerunt nobis, tua ſublimitas operi effectuiq; contradere feſtinet, & manifeſta vniuerſis per programmata propria faciat, quatenus in omnibus ciuitatibus quas noſtra ditio continet, hæc valeant, & certa omnibus fiant, ſecundum quod à nobis diſpoſitū eſt [d].

[d] Dat. XVII. Kal. April. Iuſtin. IIII. & Decio Coſſ. arg. Nouell. 22. c. 46: i. anno 534.

## VT [e] DETERMINATVS SIT NVmerus clericorum ſanctiſſ. maioris Eccleſiæ [f], & cæterarum Eccleſiarum Conſtantinopolitanarum,

Tit. III.

*NOVELLA CONSTIT. III.*

Imper. Iuſtin. Aug. Epiphanio ſanctiſſ. & beatiſſ. Archiepiſcopo regiæ ciuitatis & vniuerſali Patriarchæ.

[e] v. Iulianum Patricium conſtit. 5.

[f] Conſtantinopolitanæ ſc.

PRÆFATIO.

DVDVM quidem communi & generali [g] lege ad tuam beatitudinem & ad reliquos ſanctiſſimos patriarchas ſcripta, de ordinatione venerabilium epiſcoporum, & reuerendiſſimorum clericorum, necnon mulierum diaconiſſarum, & vt non amplius ſint ab antiqua menſura qui ordinantur, diſpoſuimus: quod nobis videbatur bene ſe & competenter habere, & regularum ſacrarum dignē: præſentem verò legem ſpecialem ad tuam beatitudinē ſcribimus, de numero reuerendiſſimorum clericorum qui in hac vrbe ſunt, diſponentes. Quia enim penè nihil immenſum [h] bonum eſt: competens eſt neque ordinationes quæ ſuper reuerendiſſimis clericis fiunt, aut ſuper reuerendiſſimis diaconiſſis, fieri tantas, vt illorum expenſis ſanctiſſima eccleſia incidat in cauſam mutuorum maximorum, & paulatim ad nouiſſimam inopiam deponatur. Nouimus enim propter huiuſmodi occaſionem, huius regiæ ciuitatis ſanctiſſimam maiorem eccleſiam noſtri imperij matrem [i], debitis inquietari maioribus, & non aliter valētem facere ſingulas erogationes reuerendiſſimis clericis, antequam aurum non paruum ſumat mutuum, faciens tam hypothecas quàm pignorum dationes in optimis ſuis prædiis ruſticis & ſuburbanis. Propter hoc igitur perſpeximus noſmetipſos deponere ad huiuſmodi cauſæ inquiſitionem, & agnoſcere quemadmodum priùs ſe habuerit, quidque longitudo temporis adinuenerit. Inueſtigantes igitur illud vndique, inuenimus quoniam ſinguli horum qui ſanctiſſimas eccleſias ædificauerunt in hac feliciſſima ciuitate: non pro ædificio ſolummodo cogitauerunt, ſed etiam vt expenſas ſufficientes darent à ſe factis venerabilibus domibus: & determinarent quantos quidem competens eſſet presbyteros per vnamquamque eccleſiam, quantoſque diaconos maſculos [k] atque fœminas, & quantos ſubdiaconos, & rurſus cantores atque lectores & oſtiarios conſtitui: & ſuper hæc etiam oratorij expenſas definierunt: & reditus proprios dederunt ſufficientes ijs quæ à ſe conſtituta ſunt: ſi quis autem adiecerit multitudinem, nequaquam amplius penitus extendi valentes. Et quidem permanſerunt vſque ad multum tempus talia conſeruata: & donec hoc fuit, durauerunt ſanctiſſimarum eccleſiarum domibus quæ ſufficerent. Cùm verò Deo amabiles epiſcopi ad aliquorum preces ſemper reſpicientes protracti ſunt ad ordinationum multitudinem: aucta quidem eſt expenſarum quantitas ad immenſitatē multam: creditores autem vndiq;, & vſuræ, & nouiſſimè neque creditores inueniuntur propter incredulitatem iam cauſæ: ſed alienationes cum neceſſitate, & contra leges, & cauſæ indecentes, & neq; propria dignitate temperatæ: vt ex hac nimietate, neque prædia neque ſuburbana

[g] *ἰδικῷ Hal. ἡγεμονικῷ.* Scrimger.

[h] *οὐδὲν ἐν ἀμετρίᾳ καλόν.*

[i] Principes, Eccleſiæ filij.

[k] Diaconorum alij maſculi: aliæ fœminæ.

ſufficerent hypothecis & pignoribus: neque creditores propter hoc inuenirentur, ſed ad inopiam deſcenderent nouiſſimam: & nec ipſis miniſtris emolumentum dare ſufficerent: ſed ad viam omnium infœliciſſimam cauſa deſcenderet, quatenus rerum omnium creditoribus cederet: quod etiam dicere piget nos: & quemadmodum non fiat, prouidemus:. Nam ſi non aliquis ferret libenter eum qui vltra [a] ſubſtantiam ſuam expendit, quomodo non & de his nobis eſt cogitandum. Non enim oportet ad [b] menſuram expenſarum quærere etiam poſſeſſiones, (hoc enim ſimul ad auaritiam, impietatemque perducit) ſed ex ijs quæ ſunt, expenſas metiri. Quapropter competenter etiam de his ſancimus, & inmenſitatem excludimus, certæ medicinæ cauſam tradentes.

[a] Vltra ſubſtantiam expēſæ nō ſunt faciendæ.

[b] non ad mēſuram expenſarum poſſeſſiones quærendæ: ſed ex ipſis poſſeſſionibus expēſas metiri oportet.

Vt numerus clericorum qui nunc eſt, maneat, & de futuro numero clericorum Conſtantinopolitanæ maioris eccleſiæ.

Cap. I.

SAncimus igitur eos quidem qui hactenus ſunt in eadem ſanctiſſima maiore eccleſia & reliquas omnes venerabiles domos, & reuerendiſſimos clericos, & mulieres diaconiſſas, & oſtiarios manere in quo ſunt ſchemate. (non enim quod eſt, minuimus [c], ſed de futuro prouidentes hæc ſancimus) reliquo verò tempore nulla fiat ordinatio, donec ad antiquum numerum inſtitutum ab ijs qui ſanctiſſimas eccleſias ædificauerunt, reuerendiſſimorum clericorum quātitas redigatur. Sed quoniam pridem etiam reuerendiſſimorum clericorum ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ regiæ noſtrę ciuitatis determinatus eſt numerus, & valde breuis erat: vtpote vna exiſtente ſanctiſſima [d] eccleſia: poſtea verò & venerabilis domus ſanctæ glorioſæque virginis & Dei genitricis Mariæ iuxta ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ vicinitatem poſita, ædificata eſt à piæ memoriæ Verina [e], & veneranda domus ſancti martyris Theodori à Speratio [f] glorioſæ memoriæ dedicata eſt: erat aūt etiam venerabilis domus ſanctæ Helenæ [g] q̄ ſanctiſſimæ maiori eccleſiæ copulata eſt: propterea [h] redigere numerum ad antiquam figuram impoſſibile eſt. Non enim ſufficient tantis eccleſijs pauci conſiſtentes: quoniam quidem non proprios clericos, neque vna quidem harum trium habeat baſilicarum, ſed communes ſunt & ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, & earū: & omnes circumeuntes ſecundum quendam ordinem & circum, miniſteria in eis celebrant: deinde etiam plurima multitudine, & ex antiquis hæreticis [i] ad ſanctiſſimā maiorem eccleſiam deducta, gratia quidem magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, laboribus autem & immutationibus noſtris oporteat plures quàm à principio ad præſens officij miniſterium definiri. 1 ¶ Quapropter ſancimus non [k] vltra ſexaginta quidem preſbyteros in ſanctiſſima maiore eccleſia eſſe, diaconos autem maſculos centum [l], & quadraginta fœminas, ſubdiaconos verò nonaginta, lectores autem centum & decem, cantores vigintiquinque: ita vt ſit omnis numerus reuerendiſſimorum clericorum ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ in quadringentis vigintiquinque: & inſuper centum exiſtentibus ijs qui vocantur oſtiarij. In ſanctiſſima ſi quidē maiori eccleſia huius feliciſſimæ noſtræ ciuitatis, & per tres venerabiles domos vnitas ei, tanta clericorum ſit multitudo: nullo quidem horum qui nunc ſunt, excludendo: licet multo plurium ſit numerus ab ijs qui à nobis nunc determinati ſunt: nullo autem de cætero adijciendo in vnoquoq; ordine in ijs qui nunc ſunt donec ad hunc numerum menſura redigatur.

[c] Princeps Eccleſiæ bona minuere non debet.

[d] Eccleſiam ſanctæ Sophiæ intelligit.

[e] vxore magni Leonis.

[f] Σφωρακίυ *Scrimgerus*, Sporatij. Is fuit conſul ſub Valentiniano Martiano.

[g] Eἰρήνης *Scrimger.* & recte. huic. n. ædem ſacrauerat Conſtantinus teſte Socrate.

[h] Quotiens connectuntur inter ſe plures Eccleſiæ, numerus ſeruientium exigendus: & per conſequentias expenſarum.

[i] i. ex bonis hereticorum

[k] Nota numerum preſbyterorum, ſubdiaconorum, lectorū, oſtiariorum, cantorum maioris Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ *adde l. 4. Cod. de ſacroſ. Eccleſ.*

Ne liceat clericis de minore eccleſia in maiorem per patrocinium tranſire.

Cap. II.

ILlud quoque adijciendum eſt, vt quod hactenus indecenter fiebat, nequaquam in republica geratur, id eſt multos reuerēdiſſimorum clericorū dedignari quidē in ijs quib. ordinati ſunt ſanctiſſimis eccleſijs aut hic, aut in prouincijs deſeruire [m]: ad ſanctiſſimam verò maiorem eccleſ ā & venerabilem clerum eius per patrociniū quodlibet accedere: quod de cætero omnimodo fieri prohibemus. nam ſi ſuper venerabilibus monaſterijs prohibemus ex [n] alio monaſterio ad aliud tranſmigrare: multo magis neq; reuerendiſſimis clericis hoc permittemus, lucri & negotiationis habere demonſtrationem huiuſmodi horum deſiderium iudicantes. Si verò & aliquando talem quandam migrationem tua beatitudo aut per tempora imperium fieri perſpexerit: non aliter hoc agi antequam ad prædictum a nobis numerum cauſa redigatur, vt migratio in officium deficientis fiat: & non ſupra numerum aliquid omnino excedatur. hoc enim nulla machinatione, neque ex aliquo modo fieri ſinimus. Et hæc quidem de ſanctiſſima maiore eccleſia. 1 ¶ In aliis autem omnibus eccleſiis quarum expenſas ſanctiſſima maior eccleſia facit, ſancimus nunc quidem exiſtentes manere ſimiliter eos etiam ſub ſchemate [a]: de cætero verò nullum ordinari, antequam ad ſtatutum vniuſcuiuſque eccleſiæ (vt vocant) quod antiquitus [b] ordinatum eſt ab ædificatoribus eccleſiarum, preſbyterorum, diaconorum maſculorum atque fœminarum, & ſubdiaconorum atque lectorum, nec non cantorum & oſtiariorum numerus redigatur, & nullus in medio penitus adijciatur. Noſq; ipſi cauebimus tale aliquid agere: & ordinandos mittere: nulluſque noſtrorum iudicum tale aliquid agat, noſtram formidans legem: & licentia ſit beatiſſimo archiepiſcopo & patriarchæ huius regiæ ciuitatis ordinationi contradicere, licet iuſſio de [c] palatio veniat. nam & qui præcipit, & cui præcipitur, ſub eccleſiaſtica erunt multa ſi tale aliquid egerint. Sed neque in aliis eccleſiis quæcumque emolumentum & expenſas non habent à ſanctiſſima maiore eccleſia, competens eſt multitudinem intromittere ordinandorū in ipſis, neque tranſcendere de cætero conſtitutam à principio etiam ſuper illis menſuram: ne forſan etiam qui in eas creantur in multitudinem incidentes immenſam, & accedentes ſibimet à piè agentibus reditus diuidentes, & exinde vſque ad menſuram eorum non ſufficere videntes: in maximam anguſtiam incidant. Si verò vltra menſuram definitam in ſanctiſſima maiore eccleſia ſiue alia eccleſia ordinet qui per tempora fuerit ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ ſanctiſſimus epiſcopus, & venerabilis eiuſdem eccleſiæ œconomi errogationem ex eccleſiaſticis præbuerint reditibus: ipſi quoque de ſua & propria facultate præbeant expenſum, & qui hæc expendere eos permiſerit beatiſſimus patriarcha. Sciant enim, quia ſi quid tale egerint, licentiam damus & ſanctiſſimis patriarchis qui pòſt tale aliquid agentes fuerint, & poſterioribus œconomis, & omnibus reliquis reuerendiſſimis clericis talia perſcrutari, & facta prohibere, & indicare imperio: vt illud cognoſcens, præcipiat ex ſubſtantia hæc agentium œconomorum, aut etiam permittentis archiepiſcopi hoc ſarciri ſanctiſſimæ eccleſiæ. Quapropter ne rurſus fortè fiat aliqua rei confuſio atque tumultus: cauſa ad menſuram à principio conſtitutam redacta, tunc ordinare liceat: in tantum vt non tranſcendatur definita menſura, neque numerus tranſeatur, aut fiat quædam circa hoc calliditas. Non enim illud patimur omnino fieri, vt dicatur quia licentia erit ordinare quidem, non tamen emolumenta præbere. hoc enim eſt rurſus confuſionem efficientium, & immenſa adiectione ſecunda collegia conſtituentium. deinde etiam plurimas habebit ea res circumuentiones, vt alias ſibimet vias auaritiæ inueniant pro alimentorum expenſis. Ex hoc igitur agi penitus, etiam ſub multa quæ vocatur eccleſiaſtica, prohibemus: maximam vtilitatem hanc eſſe putantes, vt ſanctiſſima maior eccleſia neque debitis ſubijciatur, neque anguſtietur, neq; perpetuò deficiat, ſed ſemper [d] abūdet.

[l] Septem tamē diaconos tantum, quā tumuis magna ſit ciuitas, creari iubet Neocæſarienſis Synodus *c. vlt.*

[m] *Nou. 5. c. 7.*

[n] Ex vno monaſterio in aliud, non eſt permiſſa migratio.

[a] id eſt modo σχῆμα, eſt etiam habitus Clericorum. Saluianus appellat habitū ſancti nominis 4. *ad Eccleſ.*

[b] *adde Nou. 6. c. 8.*

[c] παρὰ τῆς αὐλῆς.

[d] Eccleſiam præſtat reditibus abundare, quàm egere.

De reliquis eccleſiarum reditibus in pios actus & perſonas verè egentes per patriarchas & œconomos erogandis.

Cap. III.

SIcut autem de his expenſam determinauimus, ita congruet pro tempore ſanctiſſimum patriarcham & reuerendiſſimos œconomos conſiderare, vt aliæ expenſæ quæ fiunt ex eccleſiaſticis reditibus, circa [e] pios erogentur actus & Deo placentes, & illis hæc miniſtrentur, qui pro veritate egent, & non habent aliunde alimentorum occaſionem. Hoc enim dominum Deum placat: & non patrociniis & ſtudiis hominum eccleſiaſticas expenſas hominibus locupletibus [f] diſtribuant, ita vt inde inopes neceſſaria nō mereantur. Sciant autem Deo amabiles œconomi, & qui nunc, & per tempora futuri ſunt: quia ſi quid præter hæc egerint, & diuinis ſuppliciis ſubiacebunt, & ex ſua ſubſtantia indemnitatem ſanctiſſimæ procurabunt eccleſiæ.

[e] Eccleſiæ facultates, in pios actus erogandæ.

[f] Bona Eccleſiæ, pauperibus, non locupletib⁹ diſtribuenda.

EPILOGVS.

1 ¶ Beatitudinem igitur tuam quæ ab initio & ex infantili pæne ætate in ſacro omni ordine & ſchemate ſanctiſſimam ordinauit eccleſiam, quæ & ex ſacrato vtique genere deſcendit, hæc cuſtodire continuè ſancimus: ſcientem quia non minor nobis cura eſt horum quæ ſanctiſſimis eccleſiis proſunt, quàm ipſius animæ. Datum decimo ſeptimo Kalend. Aprilis, Domino Biliſario viro clariſſimo Conſule.

DE FI-

## DE FIDEIVSSORIBVS[a], ET MANdatoribus,‖ſponſoribus,‖& ſolutionibus.

Tit. IIII.

*NOVELLA CONSTIT. IIII.*

Imp. Iuſtin. Auguſt. Ioanni glorioſiſ. præfect. ſacrorum præt.

PRÆFATIO.

LEGEM antiquam, poſitam quidem olim, vſu verò neſcimus quemadmodum non approbatam, per cauſas autem ſemper exquiſitas atque neceſſarias apparentem, rurſus reuocare, & ad rempublicam reducere, bene ſe habere putauimus: non ſimpliciter eam ſicut iacebat, ponentes: (erat enim quædam eius pars omnino non diſcreta) ſed cum competenti & Deo placitò diſtribuentes augmento.

Vt creditores primo loco conueniant principalem.

Cap. I.

SI[b] quis igitur crediderit, & fideiuſſorem aut mandatorem aut ſponſorem acceperit: is non[c] primum aduerſus mandatorem, aut fideiuſſorem, aut ſponſorem accedat: neq; negligens, debitoris interceſſoribus[d] moleſtus ſit: ſed veniat primum[e] ad eum qui aurum accepit, debitumq; contraxit: & ſi quidem inde receperit, ab alijs abſtineat. quid enim ei in extraneis erit, a debitore completo? Si verò non valuerit à debitore recipere aut in partem, aut in totum: ſecundum quod ab eo non potuerit recipere, ſecundum[f] hoc ad fideiuſſorem, aut ſponſorem, aut mandatorem veniat, & ab illo quod reliquum eſt, ſumat: & ſi quidem præſentes ei conſiſtant ambo, & principalis, & interceſſor aut mandator aut ſponſor: hoc omni ſeruetur modo. Si vero interceſſor, aut mandator, aut qui ſponſioni ſe ſubiecerit, adſit: principalem vero abeſſe cōtigerit: acerbum eſt, creditorem mittere aliò, cum poſſit mox interceſſorem, aut mandatorem, aut ſponſorem exigere. Sed & hoc quidem curandum eſt à nobis poſſibili modo. non enim erat quoddam hic antiquæ legi datum pro ſanatione remedium: quamuis Papinianus maximus[g] fuerit, qui hoc primitus introduxit. Probet igitur interceſſorem, aut ſponſorem, aut mandatorem: & cauſæ præſidens iudex det tempus[h] interceſſori (idem eſt dicere, ſponſori & mandatori) volenti principalem deducere: quatenus ille prius ſuſtineat conuentionem: & ſic ipſe in vltimum ſubſidium[i] ſeruetur: ſitque ſolatio interceſſori, ‖aut ſponſori, & mandatori‖ in hoc quoque iudex. fideiuſſoribus enim & talibus prodeſſe ſancitum eſt, vt illo deducto, interim conuentione liberentur qui pro eo in moleſtia fuerunt. Si verò tempus in hoc indultum exceſſerit, (conuenit namque etiam tempus definire iudicantem) tunc fideiuſſor, aut mandator, aut ſponſor exequatur litem, & debitum exigatur contra eum pro quo fideiuſſit, aut pro quo mandatum ſcripſit, aut ſponſionem ſuſcepit: a creditoribus actionibus ſibi ceſſis[k].

Alterum thema prioris capitis. Vt res apud alium conſtitutæ non poſſint vindicari priuſquam perſonalis actio exerceatur.

Cap. II.

SEd[l] neque ad res debitorum quæ ab alijs detinentur, veniat prius, antequam[m] tranſeat viam ſuper perſonalibus contra mandatores, & fideiuſſores, & ſponſores: ſicq; ad res veniens principalis debitoris, ſiue ab alio detineantur, & detinentes[n] eas conueniens, ſi neq; inde habuerit ſatisfactionem, tunc veniat aduerſus res fideiuſſorum, & mandatorum, & ſponſorum: idem[o] enim eſt dicere vel ſi quoſdam habuerint homines ipſis ſibimet obligatos, & qui hypothecarijs actionibus ſibi teneri poſſint. Contra principales tamen & exiſtentes apud eos res ſiue perſonalib. ſiue hypothecarijs, mox ſiue ambabus vti voluerit: omnem ei damus licentiā quæ dudum a nobis data eſt, & viam & ordinem in alijs perſonis caſibusq; ſancitam. Et nō ſolum hoc in creditoribus dicimus: ſed etiam ſi quis emerit aliquid ab aliquo, deinde acceperit eum quem vocant confirmatorem[p], & moueatur in aliquo venditionis conuentio contra venditorem facta: non aduerſus confirmatorem mox emptor accedat, neque tenentem aliquid rerum venditoris, ſed aduerſus venditorem[q] prius, & ſic ad confirmatorem[r], & tertio loco contra detentorem: eadem etiam hic exiſtente diuiſione ſuper præſentibus & abſentibus, quam dudum in fideiuſſoribus & mandatoribus & ſponſoribus[a] ac creditoribus cauſa debitorum ſanciuimus: ſimiliter obtinente etiam in alijs contractibus in quib. fideiuſſores aliqui, aut mandatores, aut ſponſores accipiuntur: & in ipſis principalibus ex vtroq; latere, & in hæredibus eorum, & ſucceſſoribus. antiqua[b] ſiquidem lex hæc valeat rurſus, & cum huiuſmodi iuſtitia atq; diuiſione noſtros ſubiectos foueat.

[a] dixi ad 46. *ff.* 1. *adde Iulianum Patricium conſtitutione* 3.
[b] hinc ſumpta eſt Authētica præſente Cod. de fideiuſſoribus.
[c] *Vt l. 55. in fi. ff. de fideiuſſ. l. 3. l. 23. l. 28. C. de fideiuſſ. l. 1. Co. de fideiuſſorib. fiſci.*
[d] *V. l. 91. §. 4. ff. de Verb. oblig.*
[e] Nota beneficium ordinis, fideiuſſoribus competens.
[f] Reo principali & fideiuſſore præſentibus, ille primo loco cōueniendus eſt: poſt eum, fideiuſſor.
[g] Laus Papiniani.
[h] Fideiuſſori datur dilatio, ad deducendos reos principaliter obligatos abſentes.
[i] Fideiuſſor obligatur ſubſidiariè.
[k] Nota de ceſſione actionū a creditorib. faciēda fideiuſſori ſoluenti aduerſus reum principalem.
[l] hinc ſumpta eſt Authētica. Sed hodie *C. de obli. & actionib.* & Authentica hoc ſi debitor *C. de pign.*
[m] Debitores fideiuſſorum conueniri debent, diſcuſſo ipſo fideiuſſore. De beneficio diſcuſſionis v. Ferrarienſem *in libello actionis hypothecariæ 44. in verbo, Exceptiones excuſſionis* 8.
[n] *V. l. 41. ff. de fideiuſſorib.*
[o] *V. in hunc locum Cuia.* 8. *obſ.* 19.
[p] *βεβαιωτὴν* i. auctorē ſecundum *l. 4. ff. de euict.*
[q] In perſonalib. actionib. venditor primò: deinde cōfirmator: poſtremo detentor cōueniendus.
[r] Cōfirmator *βεβαιώτης* is ſpondet euictionis nomine pro venditore, Confirmator venditionis dicitur à Iuliano: vt & à Cicerone confirmator pecuniæ.

[a] reſponſoribus. Reſponſorem *ἀντιφωνητὴν* Græci vocant: & conſtitutum *ἀντιφώνησιν, ἐπιφώνησιν.*
[b] forſitan 12. tabularum. *de quo V. Cuiac. hic.*

De ſolutionibus. Vt debitore aurum aut pecuniam numeratam non habente addicantur creditori res eius.

Cap. III.

QVod autem de cætero humanis auxiliatur curis: licet quibuſdam creditoribus non fortè ſit gratum, à nobis tamen propter clementiam ſancitur. Si quis enim mutuauerit aurum, debitoris ſubſtantię credens: at ille ad reſtitutionem auri non ſit idoneus, ſubſtantiam autem immobilem habeat, verùm creditor ardeat aurum omnimodo quærens: illi verò non ſit facile, neque vlla mobilis ſubſtantia: (damus enim creditori licentiam volenti immobiles[c] res accipere pro auro) ſed ſi nec quiſpiam emptor immobilium eius rerum adſit, creditore frequenter etiam diuulgante quoniam ſubiacent debitoris res, & ob hoc terrente adire volentes emptionem: tunc in hac quidem fœliciſſima ciuitate glorioſiſſimæ noſtræ rei publicæ iudices ſecundum vnicuique conceſſam à lege & a nobis iuriſdictionem: in prouincijs autem gentium præſides præparent ſubtili æſtimatione facta rerum debitoris, dari ſecundum quantitatem debiti poſſeſſionem immobilem creditoribus cum tali cautela, cum qua debitor dare poſſit. Rerum verò datio ſit huiuſmodi: quæcumq; quidem meliora ſunt, dentur creditori: quæ vero deteriora, apud debitorem poſt debiti ſolutionem manere ſinantur. etenim non erit iuſtum, dantem quidem aurum, recipere autem aurum non valentem, ſed coactum[d] ſuſcipere poſſeſſionem immobilem, non ſaltem meliora rerum debitoris percipere: & per hoc habere conſolationem. quia ſi aurum non recipit, aut alia rerum quæ portari poſſunt, tamen licet ei poſſeſſionem non inutilem habere. ſed hoc quidem fit clementia quadam legis. Agnoſcant autem creditores, quia etſi hanc non ſcripſiſſemus legem, neceſſitatis ratio ad hoc cauſam perduceret. Si enim non ſit idoneus pecuniarum debitor, nec vllus emptor ſit: nihil aliud facturus erat quam proprijs bonis cedere[e], & rurſus res ad creditorem merito venirent, aurum percipere non valentem. quamobrem quod cum iniuria & effectu acerbo perduceret creditorem & debitorem: hoc nos clementer ſimul & legaliter decidentes, & infelicibus debitoribus auxiliamur, & acerbis creditoribus non apparebimus duri, cauſam eis deputantes ad quam ſi permanerent inobedientes, tamen modis omnibus aduenirent. Si itaque creditor paratus eſt præparare quēdam emptorem: neceſſitatem habere debitorem hoc agere, præbentem huiuſmodi cautionem arbitrio iudicatis qualem omnimodo eſt dare poſſibile. vndiq; enim ita creditoribus prouidendum eſt, vt non debitores grauentur.

1 ¶Et abſolutè creditorem[f] ponimus, antiquas ſequentes leges, omnem qui actionem habere contra aliquem poteſt, licet non ſit mutuum geſtum, ſed alter quidem contractus conſiſtat: argentariorum quippe ſponſionibus propter vtilitatem contrahētium in ordine moderno durantibus.

EPILOGVS.

¶ Quæ igitur à nobis pro cautela ſubiectorum ſancita ſunt, cognoſcens tua eminentia, ſolennibus programmatibus & hîc & in omni ditione fieri manifeſta procuret: vt etiam inter gentes agnoſcant ſubiecti, quanta fuerit nobis pro illorum vtilitate prouidentia. Dat. ante diem XVII. Kalend. April. Indict. XIII. Conſulatu Flauij Biliſarij V. Clariſſ.

## DE MONACHIS[g],

Tit. V.

*NOVELLA CONSTIT. V.*

Imperator Iuſtin. Auguſt. Epiphanio ſanctiſſimo & beatiſſimo huius Regiæ vrbis fœliciſſimæ archiepiſcopo, & vniuerſali patriarchæ.

[c] *τὰ κίνητα.* res mobiles.
[d] *V. leg. 24. C. de ſolutionib.* An aliud pro alio ſolui poſſit, dixi ad *l. 3. ff. de reb. credit.*
[e] De beneficio ceſſionis vide quæ notaui *ad l. Vlti. Cod. qui bon. ced. adde Hotom. 15. Illuſt.*
[f] Creditor quis dicatur. *V. leg. 10. ff. de Verb. ſignif.*
[g] *adde Nouell.* 123.

## PRÆFATIO.

CONVERSATIONIS monachalis vita [a] ſic eſt honeſta, ſic commendare nouit Deo ad hoc venientem hominem, vt omnem quidem humanam eius maculam detergat, purum autem declaret, ac rationabili naturæ decentem, & plurima ſecundum mentem operantem, & humanis cogitationibus celſiorem [b]. Si quis igitur futurus eſt monachus perfectus, indiget [c] & diuinorum eloquiorũ eruditione, & conuerſationis integritate, vt tanta dignus factus ſit mutatione. Credimus igitur & nos explanare ꝙ agendum eſt ab eis, & decertatores eos veros ad ſacram viam conſtituere: & ita nobis intentio præſentis eſt legis, vt poſt illa quæ de ſanctiſſimis epiſcopis ſanciuimus, & quæ de reuerendiſſimis clericis diſpoſuimus: neque quod monachicum, extra quod competit, relinquamus.

De monaſterijs, & eorum ædificatione.
Cap. I.

ILlud igitur ante alia dicendum eſt, vt omni tempore & in omni terra ſi quis ædificare venerabile monaſterium voluerit: non prius licentiam eſſe hoc agẽdi, quàm [d] Deo amabilem locorum epiſcopum aduocet. at ille manus extendat ad cœlum, & per orationem locum conſecret Deo, figens in eo ſalutis noſtræ ſignum [e]: (dicimus autem adorandam & honorandam verè crucem) ſicque inchoet ædificium: bonum vtiq; quoddam hoc & decens fundamentum ponens. Hoc itaq; principium piæ venerabilium monaſterium fabricæ fiat.

De monachiſmum profitentibus non ſtatim veſtiendis.
Cap. II.

HInc [f] autem nobis etiam de ſingulis monachis cogitandum eſt, quo conueniat fieri modo: & vtrum liberos ſolum, an etiam fortè ſeruos: eo quod omnes ſimiliter diuina ſuſceperit gratia, prædicans palam, & quia quantum ad Dei cultum non [g] eſt maſculus neque fœmina, neque liber neque ſeruus: omnes enim in Chriſto vnam mercedem percipere. Sancimus ergo, ſacras ſequentes regulas, eos qui ſingularem cõuerſationem profitentur, non promptè mox a reuerendiſſimis præſulibus venerabilium monaſteriorum habitum percipere monachalem: ſed per triennium [h] totum (ſiue liberi fortè ſint, ſiue ſerui) tolerare, nondum monachicum habitum promerentes: ſed tonſura [i], & veſte eorum qui laici vocantur, vti, & manere diuina addiſcentes eloquia: & reuerendiſſimos eorum abbates requirere eos ſiue liberi ſint, ſiue ſerui, & vnde eis deſiderium vitæ ſingularis acceſſerit: & diſcentes ab eis quia nulla [k] maligna occaſio ad hoc eos adduxit, habere eos inter eos qui adhuc docentur, atque monentur: & experimento percipere eorum tolerantiam & honeſtatem. non enim facilis eſt vitæ mutatio [l], ſed cum animæ fit labore. 1 § Et dum triennio toto ita permanſerint, optimos ſemetipſos & tolerabiles alijs monachis & præſuli demonſtrantes, hos monachicam promereri veſtem atque tonſuram: & ſiue liberi ſint, ſine calumnia permanere: ſiue ſerui, penitus non inquietari, migrantes ad commnnem omnium (dicimus autem cæleſtem) dominum: & arripiantur [m] in libertatem. Nam ſi multis caſibus etiam ex lege hoc fit, & talis quædam libertas datur: quomodo non præualebit diuina gratia talibus eos abſoluere vinculis? Si verò intra triennium venerit quiſpiam, & aliquem horum qui conuerſationem profeſſi ſunt, trahere tanquam ſeruum voluerit: hoc quod nobis nuper ex Lycia nunciauit Zoſimus Deo amabilis, vir famoſiſſimus in conuerſatione, & propè viceſimum [n] & centeſimum ætatis agens annum, pollens autem & animi virtutibus, & corporis operationibus. tanta quædam in eo gratia Dei floret. Si quis igitur (ſicut prædiximus) intra triennium veniat aliquem in ſeruitutẽm trahens volentium & perdurantium vt fierent monachi, & dicat quoniam abripuit [o] quaſdam res, & propterea recurrit ad monaſterium: ſancimus eum non promptè agere, ſed primò probare ꝓ veritate quia ſeruus eſt, & pro furto forſan, aut vita maligna, aut vitijs peſſimis fugerit quidem propter ſuum vitium, ad monaſterium autem venerit. & ſi quidem verax oſtendatur, & apparuerit propter eiuſmodi cauſam monachicam ſimulans conuerſationem, aut propter turpitudinem vitæ fortè diffugiens, & non pro veritate ſanctimoniæ [a] habitum concupiſcens, hunc reddi domino cum quibus forſan ab ripuit, ſi tamen hæ res etiam in monaſterio fuerint. eum verò qui dominus approbatur, dare ei iuſiurandum, quia nihil mali ei faciet, & ſuſcipere atque eum reducere [b] domum. Si verò is quidem qui dicit ſe eſſe dominum, nihil tale probauerit, & appareat is qui in talibus accuſatur, ex ipſa conuerſatione honeſtus ac mitis, & forſan teſtimonium habeat aliorum, quod etiam apud dominum conſiſtens diſciplinatus fuerit, & honeſtatis amator: & ſi nondum fortè completum eſt triennij tempus, attamen etiam ſic maneat in venerabili monaſterio, trahentium aſperitate liberatus. Triennii verò ſemel expleto tempore, iudicatus quia monaſtica dignus eſt honeſtate, maneat in monaſterio. Nequaquam enim damus licentiam vlli penitus perſcrutari quæ eius ſunt: ſed ſiue liber, ſiue ſeruus ſit, manere eum in conuerſatione volumus. nam etſi vitium in priori ab eo fortè geſtum eſt vita, (humana enim natura quodammodo labitur [c] ad delicta) attamen ſufficit ad mediocrem purgationem peccatorum, & ad virtutis augmentum, triennalis temporis teſtimonium. ea verò quæ rapta ſunt, etiamſi apud quoſcunque inueniantur, modis omnibus reddantur [d] priſco domino. Si verò ſeruitij neceſſitatem effugiens, tentauerit monaſterium quidem derelinquere, aliam autem vitæ ſectari figuram: licentiam damus domino & trahere [e] eum: & probanti fortunam, inter ſeruos habere. non enim iniuriam patietur tantam ad verum ſeruitium tractus, quantum ipſe iniuriatus eſt Dei culturam refugiens. & hæc quidem de fortuna horum qui inter monachos profiteri volunt, ſancimus.

Vt monachi communiter habitent & dormiant.
Cap. III.

COgitandum verò eſt quomodo ipſos habitantes & degentes monaſticę philoſophię certatores dignos eſſe oſtendamus. Volumus enim nullum monaſterium ſub [f] ditione noſtra conſtitutum, ſiue plurimorum hominum eſt, ſiue paucorum: monachos qui ibi ſunt, diuiſos ab alterutris eſſe, & proprijs [g] habitationibus vti: ſed communiter [h] quidem eos comedere ſancimus: dormire vero omnes in communi [i]: vnoquoque quidem in propria quadam ſtratura [k] iacente, in domo vero vna collocatos: aut ſi fortè non ſufficit ad multitudinem monachorum domus vna, in duas forſan aut plures, nõ tamen ſeorſum & apud ſemetipſos, ſed in communi, teſtes alterutris ſint honeſtatis & caſtitatis: & neque ipſum ſomnum deſidioſum habeant, ſed meditantem bonum ornatum, propter increpationem reſpicientium: niſi tamẽ quidam eorum in contemplatione & perfectione degentes, vitam remotam habeant in hoſpitio: (quos vocare anachoretas [l], id eſt diſcedentes, & heſychaſtas [m], id eſt, quieſcentes, conſueuerunt, tanquam à communione ad meliora exceptos) alioqui alios quibuſcunq; inter multitudinem conuerſatio eſt, in ijs quæ vocantur cœnobia, id eſt communi vita, eſſe volumus. ſic enim zelus eis ad virtutem creſcit, & maximè iuuenibus, ſi cum ſenioribus conſtituantur. fiet enim ſeniorum [n] conuerſatio, iuuentutis educatio perfecta: & ſic ſint in cœnobijs ſuo proprio abbati obedientes, & traditam ſibi conuerſationem inculpabiliter obſeruantes.

De monacho qui monaſterium dimiſerit.
Cap. IIII.

SI quis autem fortè ſemel dedicatus, ſchemateq; potitus, deinde à monaſterio diſcedere [o] voluerit, & priuatam fortaſſis eligere vitam: ipſe quidem ſciat quam pro hac dabit Deo ſatisfactionem: res autem quaſcunq; habuerit dum in monaſterium intrabat, eas dominij eſſe monaſterij: & nihil penitus eijciat.

De viro vel muliere qui quæve ſolitariam vitam appetit.
Cap. V.

ILlud quoque decernimus: qui in monaſterium introire voluerit, antequam monaſterium ingrediatur, licen-

---

[a] Laus vitæ monachalis.
[b] *dicam ad c. 3. ĩ. eod.*
[c] Monachus, peritus ſacrarum ſcripturarum eſſe debet *Nouell. 6. cap. 4.*
[d] Ignorante epiſcopo monaſteriũ non eſt ædificandum, *adde Nouell. 131. ca. 7.*
[e] i. crucem. de qua dixi ad titulum, *Nemini licere ſignum ſaluatoris:* & alibi etiam dicam.
[f] hinc ſumpta eſt Authẽtica, *Verum 38. Co. de epiſcop. & cler.*
[g] *Epiſt. ad Galat. 3. Verſ. 28.*
[h] *Nouell. 123. cap. 35.*
[i] Habitus monachalis, & tonſura, & veſte diuerſus à laicis. Attondũtur laici per pectinẽ: monachi, ſtrictim.
[k] & meritò. ne alioquin monaſteria fiant fouea latronum §. 1. *Verſ. ſi quis igitur ĩ. eod.*
[l] hinc colligũt, Monachiſmo capitis diminutionem contingere. quod Cuiacio diſplicet. nec enim omnis vitæ mutatio, minutio eſt capitis.
[m] Monachi-ſmi profeſſio ne, ſerui fiunt liberi.
[n] Nota de lõga ætate Zoſimi. Quouſque vita hominum excurrere poſſit ex placitis quibuſdam Philoſophorum, vide Plinium 7. c. 49. Trebellius Pollio *in d. Claudio* refert, doctiſſimos mathematicorum adnotaſſe 120. annos homini ad viuendũ datos, neq; amplius cuiquam conceſſum. addit tamen falſo. Moſem ſolum Dei amicum, vt Iudæorum libri loquuntur, 125. años vixiſſe: cum 120. tantum annis Moſem vixiſſe conſtet, *Deut. Vlt. Verſ. 7.* Plinius *dicto loco* plures enumerat, longioris vitę fuiſſe. vtiq;, vitam hominis 70. aut 80. annorum eſſe, Dauid monet, *Pſal. 90. Verſ. 10.*
[o] *§. eod. in princip.*

[a] Antiquum eſt, pallio ſanctitatem mẽtiri. Saluian. *4. ad Eccleſ.* licet de cõuerſorum venerabili choro videaris, licet religionẽ veſtibus ſimules, licet fidẽ cingulo adſeras, licet ſanctitatem pallio mẽtiaris, nõ credis. Notum eſt illud, Habitus non facit monachum. & Plutarchus, οὔτε γὰρ φιλοσόφους πωγωνοτροφίαι καὶ τριβωνοφορίαι ποιοῦσι, οὔτε ἴσιακοὺς αἱ λινοστολίαι, *V. Cæliũ Rhodoginum 5. cap. 12.*
[b] Confer epiſtolam ad Philemonem.
[c] hinc illud Poetæ, vt vitijs ſine nemo Naſcitur. &, Accliuis falſis animus meliora recuſat. & alibi de puero, Cereus in vitiũ flecti.
[d] Rerum furtiuarum poſſeſſio, raptori denegãda.
[e] Seruus deſertor monaſterij recidit in priorẽ ſeruitutem.
[f] Edicta Imperatorum, nõ obtinent extra territorium.
[g] Monachorum vna domus, vna cœnatio, vnum cubiculum.
[h] i. eodẽ cœnaculo, *Nouell. 135.*
[i] i. eodem cubiculo.
[k] i. lecto.
[l] i. heremitæ diuerſi à Monachis.
[m] à quibus ἡσυχαστήρια, diuerſa à monaſterijs. Huiuſmodi philoſophos Ariſtoteles ait, aut beſtias eſſe aut deos 1. *Politic. V. Cuiac. hic.*
[n] Seniorum conuerſatio, iuuentuti prodeſt.
[o] Nota pœnam monachi deſertoris.

tiam habere, ſuis vti [a] quo voluerit modo. Ingredientem [b] namque ſimul ſequuntur omnino res: licet non expreſſim, qui introduxerit eas, dixerit. & non erit dominus earum vlterius vllo modo. Si verò filios habuerit: ſi quidem contigerit iam eum res aliquas donaſſe eis, aut per ante nuptialem donationem, aut per dotis occaſionem contuliſſe, & faciunt hæc quartam ab inteſtato eius ſubſtantiæ: nullum in reliquis rebus habeant participium filij. ſin autē nihil eis donauerit, aut minus quarta: poſtquam abrenuntians conſeruatus fuerit inter monachos, nihilo minus quarta debeatur filijs, aut ſupplementum [c], ſi contigit eos iam aliquid accepiſſe, aut etiam quatenus totum eis detur. Si autem vxorem habens, deinde eam relinquens, in monaſterium ingrediatur: & dos [d] mulieri ſeruetur, & ex morte pactum, (quod in alia noſtra ſanciuimus conſtitutione) omnibus quæ ſuper monachis de his dicta ſunt, & in mulieribus in monaſterium ingredientibus, valituris.

[a] Ante monachiſmū, quis poteſt de ſuis bonis teſtari.
[b] hinc ſumpta eſt Authētica *ingreſſi C. de ſacroſ. Eccleſ.* & Authētica *nunc autem C. de epiſcop. adde Nouell.* 123. *c.* 38.
[c] *de quo* §. *leg.* 30. *C. de inoff.*
[d] *l.* 56. *C. de epiſcop.*

De monacho monaſterium dimittente.

Cap. VI.

SI verò relinquens monaſterium, ad quandam veniat militiam, aut ad aliam vitæ figuram: ſubſtantia eius etiam ſic in monaſterio (ſecundum quod à nobis prius [e] dictum eſt) remanente, ipſe inter officiales clariſſimi prouinciæ iudicis ſtatuetur: & hunc habebit mutationis fructum, vt qui ſacrum miniſterium deſpexit, tribunalis terreni obſeruet † ſeruitium.

[e] *l.* 4. ſ. *eod.*
† hodie reuocatur ad monachiſmum Nou. *Leon.* 8.

De monacho qui de vno ad alium monaſterium tranſit.

Cap. VII.

SI verò relinquens monaſterium in quo conuerſationem habuerit, ad aliud tranſeat monaſterium: etiam ſic quidem eius ſubſtãtia maneat, & vindicetur a priori monaſterio vbi abrenuntians hanc reliquit. Competens autem eſt reuerendiſſimos abbates non ſuſcipere eum qui hoc egit. Erronea namq; talis eſt vita monachica, nullatenus tolerantiæ proxima, neque conſtantis & perſiſtentis animæ, ſed indicium habentis circumlatæ, & aliunde alia requirentis. Ea propter etiam hoc prohibeant Deo amabiles epiſcopi & archimandritæ [f] nuncupati, monachicam honeſtatem ſecundum regulas ſacras conuerſantes.

[f] De archimandritis, alias dixi. Epiphani⁹ *in Panario* interpretatur monaſteriorum patres.

Ne monachi vxorem ducant aut concubinam.

Cap. VIII.

SI quis autem monachicam profitentium conuerſationem meruit clerici ordinationem: maneat etiam ſic puram ſeruans conuerſationem. quod ſi facti clerici abutantur fiducia, & ad nuptias venire præſumant: quippe in tali gradu conſtitutus inter clericos, qui ei vxorem [g] ducere permittat: (dicimus autem gradum [h] cantorum, aut lectorum, alijs enim omnibus nuptias ſecundum ſacras regulas penitus interdicimus, aut concubinas [i] habere, aut luxurijs tradere vitam) excludatur modis omnibus a clero, tanquam priorem conuerſationem & ſolitariam confundens vitam: & priuatus ſit de cætero ad militiam quidem, aut ad aliud officium venire non præſumens, niſi voluerit dudum a nobis interminatis ſubiacere pœnis: ipſe autem apud ſemetipſum degens, & agnoſcens qualem pro hoc daturus ſit magno Deo ſatisfactionem.

[g] Monachis non licet vxores ducere. Quid ſi clerici facti ſint? hoc. n. quondā eis licuit, quibuſdam præſertim locis, licet conſtitutionibus & canonibus ſolis lectoribus & cantoribus ea facultas poſtea permiſſa? nō poſſunt.
[h] *Nouell.* 22. *cap.* 42.
[i] *Nouell.* 123. *ca.* 29.

De electione & creatione abbatis, & vt conſtitutio ſit communis tam monachis quam ſanctimonialibus.

Cap. IX.

ORdinationem verò abbatum (ſi quando contigerit egere monaſterium abbate) non per [k] ordinem reuerendiſſimorum fieri monachorum, nec omnino eum qui poſt primum eſt, mox abbatem fieri: nec qui poſt illum ſecundus eſt, neq; tertium, aut reliquos: (hoc quod etiam alia lex noſtra dicit) ſed Deo amabilem locorum epiſcopum [l] percurrere quidem conſequenter per omnes, (non enim exhonorandum eſt omnino tempus, & ex eo ordo) & eum qui apparuerit prius optimus [m] inter monachos conſtitutus, & dignus præſulatu eorum, hunc eligere: eo quod humana natura talis eſt, quod neque omnes per ordinem inter ſummos, neque rurſus omnes inter nouiſſimos conſtituti quidem ſint: ſed procedat quidem ſecundum gradum præcedentis inſpectio: qui verò prior mox inter numeratos optimus apparuerit, is abbas ſit, & ordinem ſimul [a] & virtutem ſuffragantem habens. Oportet enim eos qui diſcernunt quod melius eſt a peiore, aliud quidem ad regendum dimittere, aliud verò inclinari iubere, & paulatim per eruditionem hoc etiam ad melius accedere. 1 ¶ Quæcunque tamen a nobis in omnibus quæ prius & quæ nunc prolata ſunt, ſacris noſtris conſtitutionibus ſunt ſancita de clericis, aut monachis, aut monaſterijs, hæc communia ponimus & in maſculis & in fœminis, & monaſterijs & aſceterijs: nō diſcernentes quantum ad iſtos maſculum aut fœminam: eo quod ſicut prædiximus, vnum omnia in Chriſto conſiſtant.

[k] Ad abbatias nō ſemper promouēdi ſeniores ex monachis.
[l] Abbates eliguntur ab epiſcopo.
[m] Non qui ſenior, ſed qui melior, eligēdus.
[a] Is, in quem ætas & virtus ſimul cōcurrunt, cæteris præfertur.

EPILOGVS.

¶ Hæc igitur omnia ſanctiſſimi patriarchæ ſub ſe conſtitutis Deo amabilibus metropolitis manifeſta faciant: at illi ſubiectis ſibi Deo amabilibus epiſcopis declarent: & illi monaſterijs Dei ſub ſua ordinatione conſtitutis cognita faciant: quatenus per omnia Domini cultura maneat vndique incorrupta. Imminebunt enim maximæ pœnæ iſta tranſgredientibus: dicimus autem de [b] cælo: quas neceſſe eſt rectorum dogmatum contemptoribus imminere. Et noſtræ ſi quidem reipublicæ iudices ſi hæc eis nuntientur: omnibus ſtudeant modis, ea quæ ſacris [c] regulis continentur, quas noſtra ſequitur lex, ad effectum perduci procurare. Nam nec illos deſerit pœna hæc negligentes. Quapropter ſequentem hæc tuam ſanctitatem decet omnibus ſub ſe poſitis ſanctiſſimis metropolitanis hæc facere manifeſta. Dat. 14. Kalend. April. Conſtantinopoli, Beliſario viro clariſſimo Coſ.*

[b] Legib. familiare eſt, pœnas cœleſtes religioſis perſonis proponere.
[c] Conſtitutiones de rebus ſacris intelligit.

QVOMODO OPORTEAT EPISCOPOS [d] & reliquos clericos ad ordinationem adduci, & de expenſis eccleſiarum.

[d] καὶ πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, ἄῤῥενας καὶ θηλείας καὶ ποῖα ἐπιτίμια τῶν παραβαινόντων τὸν τύπον τῆς διατάξεως Scri.

Tit. VI.

*NOVELLA CONSTITVT. VI.* G.

Imp. Iuſtin. Auguſt. Epiphanio archiepiſcopo & patriarchæ Conſtantinopolitano.

PRÆFATIO.

MAXIMA quidem in hominibus ſunt dona Dei a ſuperna collata clementia ſacerdotium [e], & imperium: & illud quidem diuinis miniſtrans: hoc autem humanis præſidens ac diligentiam exhibens: ex vno eodemq; principio vtraque procedentia humanam exornant vitam. Ideoque nihil ſic erit ſtudioſum imperatoribus, ſicut ſacerdotum honeſtas: cum vtiq; & pro illis ipſi ſemper Deo ſupplicent [f]. Nam ſi hoc quidem inculpabile ſit vndique, & apud Deum fiducia plenum: imperium autem rectè & competenter exornet traditam ſibi rempublicam, erit conſonantia quædam bona, omne quicquid vtile eſt, humano conferens generi. Nos igitur maximam habemus ſolicitudinem circa vera Dei dogmata, & circa ſacerdotum honeſtatem: quam illis obtinentibus, credimus quia per eam maxima nobis dona dabuntur a Deo, & ea quæ ſunt, firma habebimus: & quæ nondum hactenus venerunt, acquiremus. Bene autem vniuerſa geruntur & competenter, ſi rei principium [g] fiat decens & amabile Deo. Hoc autem futurum eſſe credimus, ſi ſacrarum regularum obſeruatio cuſtodiatur, quam iuſti & laudandi & adorandi inſpectores [h] & miniſtri Dei verbi tradiderunt apoſtoli, & ſancti patres cuſtodierunt & explanauerunt.

[e] Sacerdotiū & imperium, maxima dona dei.
[f] Munus ſacerdotum.
[g] Quale principium, talis finis. Malo inchoata principio, nō præſumuntur bonum exitum ſortiri. De qua præſumptione vide Alciatum 2. *præſump.* 32.
[h] αὐτόπται καὶ ὑπηρέται *Lucas* 1.

De epiſcopi ordinandi moribus, vita, honeſtate, & fortuna.

Cap. I.

SAncimus igitur ſacras per omnia ſequentes regulas, dum quiſpiam ſequenti omni tempore ad ordinationem epiſcopatus adducitur, conſiderari prius eius vitam [i] ſecundum ſanctum apoſtolum, ſi honeſta [k] & inculpabilis & vndiq; irreprehenſibilis ſit, & in bonis teſtimoniū [l] habeat, & ſacerdotē decens. 1 ¶ Et neq; ex officiali aut ex curiali [m] veniat fortuna: niſi tamen ex nouella ætate (ſecundum quod iam diſpoſitum [n] eſt) in monaſterio cōſtitutus fortuna liberetur: quartā tamen prius ſubſtantiæ reddens curiæ. 2 ¶ Neq; enim idiota [o], ex ijs qui vocantur laici [p] exiſtens, ita mox ad epiſcopatum aſcendat: nec imaginariā ſuſcipiat ordinationē, tanquā modo [q] quidē

[i] In vitam & mores eligēdi epiſcopi inquirere primū oportet. *Nou.* 123. *c.* 1.
[k] 2. *Timoth.* 3. *Verſ.* 2. *l.* 42. *C. de epi. l.* 34. *C. de epiſcop.*
[l] *d. l.* 42. 2. *Timoth.* 3. §. 7.
[m] *diſt.* 51. 53.
[n] *l.* 53. *C. de epiſcopis.*
[o] ἐξ ἰδιωτικοῦ *Scrimger. adde* 1. *Corin.* 14. *Verſ.* 16.
[p] plebeij, mūdani *diſtinct.* 61, ſeculares *l.* 56. *C. de epiſcop.*
[q] vide quę dicam *ad Nou.* 137. *ca.* 1. adde quæ dixi ad *leg.* 7. §. 2. *ff de iniurijs*: *l.* 53. *C. de epiſc.*

idiota, mox autem clericus, deinde paruum aliquod tempus præteriens, epiſcopus appareat. 3 ¶ Et neque vxori ‖alij‖ copulatus: ſed aut in virginitate degens a principio, aut vxorem quidem habens ex virginitate autem ad eum venientem, & non viduam, neque ſeiunctam à viro, neque concubinam. 4 ¶ Neque [a] filios aut nepotes habens neque cognitos legi, neque illi odibiles. alioqui qui præter hoc aliquid agit: & ipſe cadet ſacerdotio: & qui eum ordinat, foris epiſcopatum ſectabitur, hanc legem offendens. 5 ¶ Sed neque [b] pecunijs oportere emere ſacerdotium ei permittimus; ſolùm verò eum reſpicere Domini Dei culturam volumus: & non plurimis humanis cogitationibus diſtrahi. 6 ¶ Sed neque ineruditus exiſtens ſacrorum dogmatum, ad epiſcopatum accedat. 7 ¶ Prius autem aut monachicam [c] vitam profeſſus, aut in clero conſtitutus non minus menſibus ſex, vxori tamen nõ cohærens, aut filios aut nepotes habens. Hoc enim omnimodo ſuper Deo amabilibus epiſcopis quærimus: ſicut etiam prius duabus noſtris conſtitutionibus hoc ſancitum eſt: per quas dudum cohærentes vxoribus, non perſcrutamur, omne præteritum relinquentes, de cætero autem nulli permittentes à poſitione legis vxorem [d] habenti, talem imponi ordinationem: quam legem etiam nunc renouamus: ne forte ſi præter hoc aliquid fiat: & ipſe cadat ſacerdotio, & ordinantem ſimiliter excludi procuret. Igitur ordinandus epiſcopus, aut ex monachis [e], aut ex clericis ſit, etiam in huiuſmodi vita teſtimonij boni, vita bonus & honeſtus, & gloria fruens bona: & hoc fundamentum pontificatus deponens ſuæ animæ. 8 ¶ Sed etiam ſic eum conſtitutum, & ad epiſcopatum præparatum, competens eſt venerabiles & vndique probatas legere [f] regulas ante ordinationem, quas [g] recta & inuiolata noſtra ſuſcipit fides, & catholica Dei apoſtolicaq; diſpoſuit & tradidit eccleſia: & dum ex frequenti earum lectione tranſierit qui ad ordinationem deducitur, tunc is qui ordinationem impoſiturus eſt, interroget [h] eum ſi ſufficiens eſt cuſtodire & agere quę ſacræ regulæ ſancierunt. Et ſi quidem ille declarauerit & dixerit præcepta ſacrarum regularum non ſe valere ſeruare: nullo modo ei ordinationem imponi. ſi verò ſuſceperit, & dixerit quia quantum homini eſt poſſibile, complebit hæc quæ his continentur, tunc monere eum, & dicere quia niſi hæc obſeruauerit, & à Deo alienus erit, & cadet a iam dato honore: & neque ciuiles leges delictum inultum relinquent: eo quod à præcedentibus nos imperatoribus & à nobis ipſis rectè dictum eſt oportere ſacras [i] regulas pro legibus valere, & ſi etiam ſic permanſerit cauſam amplectens: tunc ſuper his profeſſionibus vnumquemque ſacram ſuſcipere epiſcopatus ordinationem. 9 ¶ Et hanc non [k] pecunijs emere, neque per [l] rerum aliquarum dationem ſuſcipere, ſed puram percipere, & ſine mercede, & tanquam à Deo datam: nam ſi etiam alia omnia habeat vtilia quæ prius à nobis dicta ſunt, pecunijs autem vel rebus videatur epiſcopatum etiam emiſſe, ſciat [m] ſe & ab epiſcopatu caſurum & hoc munus retributurum ordinanti: vt & ille epiſcopatum amittat, & à clero cadat: & vtrique cauſa talem præſtet retributionem, vt & hic quidem non adipiſcatur quæ ſperabat, ille autem etiam quæ habebat, amittat: veruntamen pecunijs ac rebus datis occaſione ordinationis, ſanctiſſimæ aſſignandis [n] eccleſiæ, ſiue epiſcopus ſit accipiens, & propterea à ſacerdotio cadens: ſiue etiam quilibet alius in clero conſtitutorum. nam & illi æquam imponimus pœnam: vt ab ordine quem inter ſacerdotes habuerit, cadat, & reddat aurum, aut res quæ ordinationis occaſione datæ ſunt, iniuriam paſſæ quantum ad ipſum eccleſię. Si quis autem extraneorum ſit, & non in clero conſtitutus, qui aurum aut rem aliquam propter patrocinium ordinationis accepit: & maximè ſi adminiſtrationem aliquam gerat, habebit quidem ipſe à Deo pœnam, & ſuccedẽt ei de cælo ſupplicia, verumtamen etiam illud quod datum eſt, totum ablatum ab eo, ſanctiſſimæ eccleſiæ omnib' reddatur modis in duplum. Inſuper etiam ſi quam adminiſtrationem habet, ea cadat, & perpetuo exilio [o] condemnetur. Illud quoque ſciat apertè qui pecunijs aut rebus alijs emerit præſulatum: quia ſi prius diaconus aut preſbyter ſit, deinde per ſuffragium ad ſacerdotium veniat: non ſolum cadat epiſcopatu, ſed nec prior ei relinquetur ordo, preſbyterij forſitan, aut diaconatus. Amittit etenim etiam illud, vtpote decentia indignè concupiſcens: & omni ſacerdotali excludetur ordine. Oportet autem in ipſo ordinationis tempore eum qui imponit eam, illi coram [p] omni fideli populo ſanctiſſimę eccleſiæ hæc omnia prædicere, vt agnoſcens eum omnia

[a] *l. 42. Cod. de epiſcop. 1. ad Timoth. 1. Verſic. 6.*
[b] *Nouell.* 123. *c. 2. l. 29. C. de epiſcop. 1. quæ. l. 11. ff. de pollicit.*
[c] Qui vxorẽ habet, vetatur fieri & eſſe epiſcopus vt hic *facit 2. Timot. 3. Ver. 2. & c. 2. 4. V. 3. 1. c. ad Tit. 1. Verſ. 6. ca. 50. Apoſtol.*
[d] Epiſcopi ex monachis vt ſæpius electi.
[e] Epiſcopus, aut ex monachorum, aut clericorum grege eligitur.
[f] Legendæ ſunt Epiſcopo antiquæ ordinationes, & canones eccleſiaſtici.
[g] *l. 6. §. de ſacroſanc. Eccl.*
[h] Epiſcopus eligendus interrogatur, ſi ſe ſentiat idoneum & capacem ad canones Eccleſiæ ſeruãdos.
[i] Sacri canones pro legibus valent.
[k] §. 5. ſ. *eod.*
[l] nihil intereſt, ſacerdotium ematur, aut emptionis vice detur aliquid.
[m] Pœna ambitus Eccleſiaſtici.
[n] Multæ epiſcoporum ad Eccleſiam deferuntur.
[o] Iniuſti epiſcopi, à pœnis corporalibus nõ ſunt immunes.
[p] Ordinatio epiſcopi, fit coram omni populo.

quæ prius dicta ſunt à nobis habere, ad ſacram eum deducat ordinationem, vt etiam ille coram omnibus hæc audiens, non ſolum habeat Dei timorem, ſed etiam coram omnibus denunciationem & profeſſionem erubeſcat. 10 ¶ Si quis autem talis quidem eſſe putetur, & ad epiſcopatus ordinationem tranſeat, contradicat autem aliquis atque dicat [a] conſcium ſe eſſe alicuius illicitorum eius: non [b] prius mereatur epiſcopatus ordinationem, quam examinatio querimoniarum fiat, & appareat vndique innoxius. Quod ſi etiam poſt huiuſmodi contradictionem, non paſſus is qui ordinationem facit, legitimam examinationem imponi cauſæ: currat ad ordinationem: ſciat, quod ab eo fit, pro nihilo eſſe, ſed & is qui contra legem facit, cadat [c] ſacerdotio: & qui ſine probatione imponit ordinationem, & ipſe quidem ſimiliter cadet ſede ſacerdotali: reus autem erit Deo, qui præcipuè omnium quærit ſuorum ſacerdotum puritatem. Si tamen is qui ordinationi contradicit, aut examinatione facta probetur calumniator [d], aut in ipſo principio, neq; in examinatione perſiſtere confidat: ſegreget iſtum in perpetuum [e] à ſacra communione is qui ordinationem facere vult: vt non ipſa falſitas [f] impunita ſit. Sicut enim bonam gloriam in eo qui ordinandus eſt, quærimus: ita etiam calumniam [g] in eo qui fruſtra accuſauit, punimus. Si verò nemo accuſauerit omnino, aut in totum denuncians examinationem non faciat, aut facta examinatione demonſtrare (ſicut prædiximus) non valuerit accuſationem veram: tunc oportet eum, qui per tot vias inculpabilis apparuerit, accedere ad venturam ordinationem. Qui enim ita ordinatur, ex hoc multa & meliora cognoſcit præceptorum, & non incurrit ad vitam impunitam huiuſmodi eruditus animo, verbo, & opere corporis & ſapientia.

## Ne epiſcopus vltra annum extra eccleſiam ſuam degat.

### Cap. II.

Et illud etiam definimus, vt nemo Deo amabilium epiſcoporum foris [h] à ſua eccleſia plus quam per totum annum deeſſe audeat niſi [i] hoc per imperialem fiat iuſſionem: (tunc enim ſolum erit inculpabile) ſacratiſſimis patriarchis vniuſcuiuſq; [k] diœceſeos [l] compellentibus Deo amabiles epiſcopos ſuis inhærere ſanctiſſimis eccleſijs: & non longo itinere ſeparari, neq; in peregrinis demorari velle neque ſanctiſſimas eccleſias negligere, neque annum excedere, quem & ipſum propter miſericordiam conſtituimus. Si verò vltra annum errauerit & dereliquerit, & non ad epiſcopatum remeauerit proprium, neque imperialis aliqua eum (ſicut prædiximus) detineat iuſſio: tunc ſi quidem ſit metropolita [m], circa eccleſiaſticam diſpoſitionem ſegregatum, regionis illius patriarcha reuocet quidem cum legitimis inclamationibus, ſeruans vbique ſacrarum regularum obſeruationem. Si verò maneat per omnia inobediens, expellatur à ſacro epiſcoporum choro: & alium introducat huiuſmodi & reuerentia & verecundia & honeſtate dignum. Si vero non metropolita, ſed aliorum epiſcoporum aliquis ſit, qui errauerit: hæc omnia à [n] metropolita fiant. Nemo enim eorum talem ſuſcipiat occaſionem, ſi dixerint propterea proprias derelinquere eccleſias, propterea quod litium cauſas, aut aliarum rerum propriarum, aut ad ſacras eccleſias reſpicientium circumluſtrant, & hîc conſtituti adhærent, aut in alijs veniunt locis. Hoc enim non habet decentem rationẽ, vt cum multitudine, quam neceſſe eſt epiſcopum habere, miniſteria luſtrẽt peregrè, & expendant, & neq; vllum ſanctiſſimis eccleſijs lucrum, neq; vllum præbere iuuamen, neq; ſecundum quod decet ſacerdotem, proprium habere habitum. præſertim cum liceat ſi quædam ſint lites fortè ſanctiſſimis eccleſijs propter quas has occaſiones aſſerunt: hoc per [o] eos qui ſub ipſo ſunt religioſos clericos, aut apocriſarios, aut œconomos mouere, & petitiones ad imperium dirigere: impetrare autem ſperata. Propterea ſancimus, ſi quando propter eccleſiaſticam occaſionem inciderit neceſſitas, hanc aut per eos qui res agunt ſacrarum eccleſiarum, (quos apocriſarios [p] vocant) aut per aliquos clericos huc deſtinatos, aut œconomos ſuos notã imperio facere aut noſtris adminiſtratorib. vt impetrent quod competens eſt: & nõ hoc Deo amabilibus epiſcopis erroris & abſentiæ, & ſanctiſſimis eccleſijs læſionis occaſionem fieri, tã in prouincia eccleſiaſticis rebus per abſentiam eorum neglectis, quàm etiam hîc expenſis multis ab ipſis factis, nec non peregrè habitatione non habili cõſtituta, & vndiq; cauſa

nullum

[a] Eligẽdus epiſcop' accuſari põt & in ei' mores inquiritur. Alexãder Seuer', apud Lãpridium, dicebat, Graue eſſe, cũ id Chriſtiani & Iudæi facerẽt in prædicãdis ſacerdotib. q ordinãdi ſunt, nõ id fieri in prouinciarũ prę ſidib. quib. & fortunæ hominum & capita committerentur.
[b] Pendẽte accuſatione, nemo epiſcop' eligi põt *Nouell.* 123. c. 2.
[c] Pœna iniuſtè ordinãtis epiſcopum.
[d] Pœna calumniantis epiſcopum.
[e] In perpetuũ à ſacra cõmunione olim quidã priuati
[f] Qui iniuſtè accuſat, falſũ committit.
[g] Calumniator punitur.
[h] Epiſcopus, à ſua Eccleſia abeſſe plus año non põt *Nouell. 73. c. 3. Nou. 123. ca. 9. l. 43. C. de epiſ.*
[i] Princeps diſpẽſare põt epiſcopũ ne in Eccleſia reſideat: eiuſque iuſſu negotia reipublicæ tractare põt Balſa. Chalcedon. *ſyno. c. 4.*
[k] hinc poſſumus colligere, Singulis dioceſibus ſuos patriarchas fuiſſe.
[l] Dioceſis, regio ſ. *eod.*
[m] Metropolitani ſubſunt Patriarchæ.
[n] Metropolitano ſubſunt epiſcopi.
[o] litis eccleſiaſticæ obtẽtu, epiſcopus ſuã Eccleſiã relinquere nõ debet ſed eã mouet vel p̃ clericos, vel apocriſarios, vel œconom.
[p] *ἀποκρισιάριος*. i. ad Reſponſus *Nou.* 24. 25.

nullum iuuamen, magis autem læſionem, eccleſijs ſanctiſſimis inferente.

Ne epiſcopi ad comitatum principis accedant abſque ſyſtaticis literis.

Cap. III.

NOn [a] autem aliter aliquem Deo amabilem epiſcoporum præſumere dirigere ſe ad hanc fœliciſſimam ciuitatem, priuſquam (ſi quidem epiſcopus ſit) literas [b] acceperit proprij metropolitæ ad imperium [c]: & quæ ſecundum diuinas regulas probabilia [d] vocantur teſtimonium perhibentia neceſſitatis eius præſentiæ. Si verò metropolita [e] ſit qui proficiſci vult: literas ſumat eiuſdem diœceſeos patriarchæ, eius præſentiam neceſſariam eſſe dicentes: & ſic oportere imperatorem iubere hunc præſentari, & non temere & ſine conſcientia metropolitarum aut patriarcharum proficiſci, pro eo quod hoc diuinis interdictum eſt regulis: vt huc aduenientes non præſumant per ſemetipſos ſe prius pronuntiare ad imperium: ſed primitus aut ad Deo amabilem patriarcham proficiſci, aut ad vniuſcuiuſq; diœceſeos ex qua ſunt, apocriſarios: & cum ipſis conferant cauſas propter quas venerunt, & ingredi ad imperium eius, & deinceps imperiali perfrui aſpectu. mox quàm imperanti aſtiterint, liceat quidem petentibus epiſcopis, aut per eos qui vocantur referendarij [f] ſanctiſſimæ maioris eccleſiæ, aut per religioſos apocriſarios cuiuſque diœceſeos ſanctiſſimorum patriarcharum, ſuggerere ſe imperio, & promereri reſponſum celeriter. ita vt ſi aut iuſta ab imperio petierint, hæc accipiant: aut ſi non iuſta quærunt, velociter reuertantur vnde profecti ſunt.

SECVNDA PARS LEGIS.

De clericis, quales eligendi ſint.

Cap. IIII.

HÆc autem de Deo amabilib. epiſcopis ſecundũ diuinas cõſtituentes regulas, & religioſos clericos cũ multa fieri inquiſitione ſecundum diuinas regulas, & boni teſtimonij viros ordinari ſancimus, literas omnino ſcientes, & eruditos conſtitutos. Literas [g] enim ignorantes, omnino nolumus neq; vnũ [h] ordinem ſuſcipere, clericorum videlicet, presbyterorum, & diaconorum, tam ſacras orationes docentium [i], quam eccleſiarum & [k] canonum legentium [l] libros: ordinationem ſine querela & inculpabilem & ſine aliqua contradictione & datione pecuniarum aut rerum ſuſcipientes. Neque autem eos volumus omnino officiales [m] aut curiales conſtitutos ſuſcipere ordinationem, niſi ſecũdum leges quas ſuper his poſuimus pridem, quas & hic nunc confirmamus: ipſos autem ordinatos ſacra præcepta in conſpectu totius populi ſuſcipere, propter has ipſas cauſas, propter quas hoc ipſum agi etiam ſuper Deo amabilibus epiſcopis ſanciuimus [n].

Cap. V.

NEque autem ſecundas [a] habentem aut eum qui habuerit nuptias, ordinari in diaconum aut presbyterum, neque ſi mulieri coniungatur ſeiunctæ, & proprium virum derelinquenti: ſed neque ſi concubinam habeat, ſed & [p] ipſam vxorem, ſi cum caſtitate & ex virginitate ſit. Nihil enim ſic in ſacris ordinationibus diligimus, quàm cum caſtitate viuentes, aut cum vxoribus non cohabitantes, aut vnius vxoris virum qui vel fuerit vel [q] ſit, & ipſam caſtitatem eligentem, primum principium & fundamentum manifeſtum ſecundum diuinas regulas & reſiduæ virtutis conſtitutam. Si autem aliquis presbyter aut diaconus aut ſubdiaconus poſtea ducat vxorem aut concubinam, aut palam, aut occultè: ſacro ſtatim cadat [r] ordine, & deinceps idiota ſit. Quod ſi & lector ſecundam ducat vxorem propter quædam, & hoc forſan irrecuſabili neceſſitate, nullatenus [a] ad altiorem accedat gradum, neque perfruatur gradu maiori in ſacerdotio: maneat autem in eodem gradu perpetuo: ſed non ad tertias veniat nuptias. ſatis eſt enim ſi ad ſecundas. Si verò aliquid tale egerit, & ad ſecundas veniẽs nuptias, ad maiorem gradum venire feſtinauerit: exinde idiota erit & laicus, omnino ſacro miniſterio cadens. Pudicè etenim nobis per omnia pertinet viuere. Si enim tales conſtituti ij qui in clero adducuntur, ordinentur: facilis eis ad epiſcopatum aſcenſus [b] erit: & ex multis viris facilius inuenientur qui adducantur ad primum gradum ſacerdotij digni.

[a] Nou. 123. c. 9. [b] teſtimoniales. [c] id eſt, ad comitatũ principis. [d] συστατικὰ καλουμένα, *Scrimger.* Diuiduntur epiſtolæ Canonicæ in συστατικὰς & εἰρηνικάς. Illis, ſeparati à cõmunione, ignoti, ſuſpecti, rei poſtulati, abſoluti declarantur. Eædem formulæ dicuntur *Carthag. ſynod. cap.* 23. vt formulares epiſtolæ Sueton. Hæ ὡς εἰρήνην βραβεύουσαι, quaſi pacis arbitræ, dant cõmeatus & proficiſcendi licẽtiam epiſcopis in comitatũ Principis, vel clericis in aliam ciuitatẽ euntibus. *Vide Chalced. cap.* 2. *Antioch. c.* 7. 8. *Synodum in Trullo cap.* 17. *Vide Cuiacium hic.* [e] Nota epiſcoporũ gradus, Epiſcopi, metropolitani, patriarchæ, ſiue Archiepiſcopi. Epiſcopi licẽtiam ad comeatũ imperatoris proficiſcendi petunt a Metropolitano, metropolitani a patriarcha. Iſta omnia hodie non ſunt in vſu. [f] Referendarij eccleſiarũ maiorum, deſtinati erant ad maioris eccleſiæ negotia principi referẽda. De referendarijs principum dicam *ad Nou.* 10. [g] *Nou.* 5. *Nou.* 123. *ca.* 12. Ignari reuocantur ab ordine clericali. [h] Sacerdotes, diaconos, cantores innuit & Pſaltas. [i] Intelligit, vt opinor, libros, qui apocryphi dicuntur. vtroſq; in eccleſia lectos fuiſſe hic apparet. [k] Hinc colligere facilè poſſumus, quale fuerit olim lectoris munus. [l] *cap.* 1. §. 1. *s. eodem.* [m] *c.* 1. §. *Vlt. s. eod.* [n] hinc ſumpta eſt Authentica epiſcopi *Cod. de epiſcop. & cler.* [o] *Nou.* 123. *cap.* 12. [p] l. ſed ſaltem. [q] Maritus diaconus & presbyter eſſe poteſt 2. *ad Timoth.* 3. *Verſic.* 11. 12. [r] Presbyteri & diaconi, & ſubdiaconi, vxorem ducere non poſſunt. Si duxerint, non eſt irritum matrimonium: priuantur tamen ordine Eccleſiaſtico.

[a] Pœna lectoris binubi. [b] Ex clericatu aſcenditur ad epiſcopatũ *facit* 2. *ad Timoth. eod.*

De diaconiſſis minoribus quinquaginta annis non ordinandis.

Cap. VI.

QVanta igitur ſuper venerabiles clericos à nobis dicta ſunt, hæc etiam ſuper Deo amabilibus diaconiſſis agi volumus: vt neque ipſæ citra obſeruantiam fiant: ſed primum quidem eis ætatem neque nouellam eſſe neque creſcentem. neque ex hac ad delinquendum ſalientem: ſed ſuper mediam conſtitutas ætatem, & circa quinquaginta [c] annos ſecundum diuinas [d] regulas agentes: ſicque ſacram promereri ordinationem: & aut virgines conſtitutas, aut vnius viri quæ fuerant vxores. non enim permittimus neque ſecundas contrahentibus nuptias, neque vitam non habentibus vt diximus irreprehenſibilem, ſed nec ſuſpectam omnino, ad ſacrum venire miniſterium [e], & adorandis miniſtrare baptiſmatibus [f], & alijs adeſſe ſecretis quæ in venerabilibus miniſterijs per eas ritè aguntur. Si verò quædam neceſſitas [g] fiat, & minorem hac ętate quam dicimus, ordinari diaconiſſam contigerit: liceat eam in aliquo venerabilium aſceteriorum [h] ordinari, & in illo habitare. Nequaquam viris admixta conſtituta ſit: neque ſuo arbitrio habitans: ſed vitæ ſeparatæ & mediocris, & à conueniente multitudine bonum teſtimonium habens. Volumus autem & ipſas quæ ad ordinationẽ perducũtur diaconiſſas ſiue ex viduitate, ſiue ex virginitate, non cum aliquo cohærentes aut cognatorum, aut eorum quos appellant dilectos [i]: (talibus enim nominibus vtentes, maligna ſuſpicione ſuam replent vitam) ſed aut ſolæ habitent, aut cum parentibus ſolis & filijs, aut verè fratribus: aut ijs cohærere de quibus ſi quis ſuſpicari aliquid præſumpſerit malignum, ipſe inſipiens ſimul & impius forſan putabitur. Et ſi dicatur tale aliquid de aliqua earum quę in diaconiſſarum ordinationem ingredi vult, quod alicui cohæſerit ſub imagine quidem bonæ appellationis, maligna verò ſuſpicione: non oportet huiuſmodi mulierem perduci omnino ad ordinationem diaconiæ. Nam ſi ordinetur, & tale aliquid egerit, & cohęſerit alicui cum prædicto nomine aut ſchemate, cadet quidem à diaconia: & ipſa & ille ſubiecti erunt huic legi & reliquis quæ corruptores puniunt. Oportet enim omnes quæ ordinantur venerabiles diaconiſſas, tempore ordinationis & moneri, & ſacrorum audire mandatorum præcepta coram reliquis quæ dudum ſunt venerabiles diaconiſſæ: vt & ipſæ Dei timorem habeant, & adhærentem ſacris mandatis fiduciam: timere autem & confundi ſacro cadere ordine: ſcituras quòd ſi præſumpſerint aut erubeſcentes ordinationẽ, aut derelinquentes ſacrum miniſterium ad nuptias venerint, aut aliam omnino elegerint vitam: ipſæ quidem obligatæ efficientur morti [k]: & ſubſtantia earum applicabitur ſanctiſſimis eccleſijs aut monaſterijs in quibus ſunt. Qui verò eas aut vxores accipere aut corrumpere præſumpſerint: obnoxij quidem & ipſi gladio [l] erunt: ſubſtantia autem eorum applicabitur fiſco. Si enim [m] in antiquis legibus, virginibus [n] illis quæ in eorum errorem vocabantur, mortis [o] incumbebat damnum corruptis: quomodo non magis nos in ijs quæ à Deo glorificantur, definimus, pudicitiam (quæ quam maximè mulieres exornat) conſeruari volentes quam diligentiſſimè à venerabilibus diaconiſſis, vt quod decet naturæ, cuſtodiant, & quod debetur ſacerdotio, conſeruent?

De clericis in aliam vitæ formam tranſeuntibus.

Cap. VII.

SEmel autem ſecundũ hoc factos diaconos [p] aut presbyteros, nullo modo derelinquere ſacerdotiũ. ꝙ non ſolum in presbytero & diacono ſancimus, ſed etiam

[c] *dixi ad l.* 9. *Cod. de epiſc.* [d] V. 1. *ad Timoth.* 5. *Ver.* 9. [e] Diaconiſſę, ſacro myſterio deputatę. [f] Diaconiſſæ, miniſtrant baptiſmatibus, & alijs quibuſdam ſecretis. [g] *l.* 11. §. 2. *ff. de muner:b.* [h] Aſceteria, diuerſa ſunt a monaſterijs. [i] τῶν ἀγαπητῶν. *dixi ad l.* 19. *Co. de ſacroſ. eccleſ.* [k] Diaconiſſas capitale eſt nubere. [l] Pœna diaconiſſam ducentis. [m] Notandum eſt hoc argumẽtum à minore ad maius. [n] Veſtales intelligit, i. Veſtæ virgines, vel Iunonis Achaicę, Dianæ Scythicę, Apollinis Pythij: Apidis ſeu bouis Ægyptij, de quibus vide Tertullianum in libro de Monogam. vbi certè plus ſatis Montaniſat, eritque exemplo illa ſententia, Vnum matrimonium nouimus, ſicut vnum Deum. [o] Viuæ defodiebantur. [p] Diaconi presbyteri, ſubdiaconi, lectores, in laicos transformari impunè non poſſunt. *Nouell.* 5. *c.* 7.

ſi ſubdiaconus aut forte lector fiat aliquis, hunc relinquere priſtinum ſchema, & ad alteram migrare vitam: ſcientem, quia ſi tale aliquid egerit, (ſecundum quod à nobis iam ſancitum eſt) aut in curiam cum ſubſtãtia, aut ſub inopia degens ad officialem deponetur fortunam.

### TERTIA PARS LEGIS.

De expenſis eccleſiarum, & clericorum multitudine non facienda.

### Cap. VIII.

[a] *Nouell.* 16.

SEd neque effuſas[a] competit fieri de cætero reuerendiſſimorum clericorum ordinationes. quod enim hactenus geſtum eſt, licet corrigi oporteret, attamen propter tempus ſinimus: de cætero autem non propter hoc fieri, neque ad damnum ſanctiſſimarum eccleſiarum venire ſancimus. Quæcunq; igitur oportebat de tali modo in ſanctiſſima maiore eccleſia huius noſtræ regiæ ciuitatis, & ſub ea conſtitutis ſanctiſſimis eccleſijs, & alijs quæ hic ſunt, fieri, hac ſpeciali lege complexi ſumus. In omnibus autẽ quæ foris ſunt locis, ſancimus, ſi quis cum conſtituerit ab initio & ædificauerit eccleſiam, definiuit ordinationum menſuram, tanquam ſecundum eam expenſas conſtituens: non prius ordinari quemquam in eadem eccleſia, niſi ad[b] numerum à principio definitum eius menſura redigatur. Si verò hoc non fecerit, ipſa verò ciuitatis eccleſia miniſtrat emolumenta & ſibi & alijs eccleſijs: tunc non promptum ſit augere illi clericos, neque propter aliquas fortè compaſſiones aut beneficia ex hoc eam ſumptibus[c] prægrauare: (non ſunt enim hæc pia neque ſacerdotibus digna) ſed ex quibus Dominus dederit Deus, ex ijs quæ poſſibilia ſunt adminiſtrare, aut antiquam[d] conſeruare conſuetudinem, nihil penitus innouantem. Vnde competit Deo amabiles patriarchas & metropolitas huius habere prouidentiam: & eos quidem qui hactenus ſunt, ſinere in ſchemate in quo ſunt clericos: metiri verò vniuſcuiuſque eccleſiæ virtutem: & ita ipſos quoque ſanctiſſimos patriarchas ſub ſe conſtitutas eccleſias ordinare, & metropolitas hoc ipſum à ſanctiſſimis patriarchis commonitos facere, illos autem alios omnes ſub ſe poſitos epiſcopos ad menſuram hanc deducere: & ſtudere non[e] vltra expenſas facere clericorum ordinationes. ſcimus enim quantæ ſanctiſſimæ eccleſiæ propter hanc ordinationem, & alterius expenſæ effuſionem, inopes factæ ſunt. Et quia aliquas earum, vix quidem, tamen liberauimus: quædam verò adhuc oneratæ iacent, ex tali releuari anguſtia non valentes: ideo hoc prouideant ſanctiſſimi patriarchæ & metropolitæ, & reliqui Deo amabiles epiſcopi, vt & nos quæ ab eis aguntur diſcentes, approbemus eos qui noſtram legem in literis poſitam, apud ſemetipſos oſtenderunt operibus adimpleri.

[b] *adde Nou.* 3.

[c] *adde l.* 38. *ff. de rei vindic.*

[d] Impenſæ non ſunt improbabiles, quæ fiunt ex cõſuetudine.

[e] *V. d. Nouell.* 3. Ex hoc loco videtur cõſtare, Iuſtiniani tẽpore ſingulis clericis non fuiſſe adſignata ſtatalati fũdia aut certos añuos reditus, ſed eos de manu epiſcopi, aut ſimilis perſonę, accepiſſe.

### EPILOGVS.

¶ Quæ igitur à nobis ſancita ſunt, & ſacrum ordinem ſtatumque cuſtodiunt ſecundum ſacrarum regularum obſeruationem & virtutem, de cætero conſeruent perpetuo integra & ſanctiſſimi patriarchæ vniuſcuiuſq; diœceſis, & Deo amabiles metropolitæ, & reliqui reuerendiſſimi epiſcopi atque clerici, vbique Dei culturam & ſacram diſciplinam cuſtodientes inuiolatam, pœna iminente hæc præuaricanti, quo penitus alienus ſit à Deo, & impoſito ſibi ſacerdotij ordine. nam velut indignus hoc excluditur. Licentiam verò vniuerſis[a] damus, cuiuſcunque ſint officij vel conuerſationis, reſpicientibus aliquid horum præuaricari, nuntiare nobis, & ad imperium quod ſemper eſt: vt nos qui hæc ſecundum ſacrarum regularum explanationem apoſtolicamque traditionem conſtituimus, decentem etiam indignationem præuaricantibus inferamus: etiam his videlicet quæ ſancita ſunt à nobis de hæreditatibus Deo amabilium epiſcoporum, cuſtodiendis. 1 ¶ Sanctiſſimi ſiquidem patriarchæ vniuſcuiuſque diœceſis hæc proponant in eccleſijs ſub ſe conſtitutis: & manifeſta faciant Deo amabilibus metropolitis quæ à nobis conſtituta ſunt. Illi quoque rurſus etiam ipſi proponant ea in metropolitana ſanctiſſima eccleſia: & conſtitutis ſub[b] ſe epiſcopis hæc manifeſta faciant. illorum verò ſinguli in propria eccleſia hæc proponant: vt nullus noſtræ reipublicæ ignoret quæ à nobis ad honorem & ad augmentum magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti diſpoſita ſunt. Inſuper ſequens hæc tua ſanctitas omnibus qui ſub ea ſunt metropolitis ſanctiſſimis hæc faciat manifeſta vniuerſo tempore contrahenda. 2. ¶ Scripta exemplaria[c] ſanctiſſ. Archiepiſcop. Alexandriæ Epiphanio: ſanctiſſimo archiepiſcopo Theopolitano[d]: ſcripta exemplaria Petro ſanctiſ. epiſc. Hieroſolymorum: ſcripta exemplaria Ioanni viro glorioſiſſimo prefecto ſacrorum prætoriorum ſecundo exconſuli, & patricio: ‖Dominico glorioſiſſ. præfecto prætorio Illyrici.‖ *Cui etiam hoc adiectum eſt:*

*Et tua quoq; celſitudo hæc ſciens, vna cum ſemper ſuſcepturis ſedem tuam hæc ſeruare feſtinet: & ſi denuntiatum fuerit aliquod tale edictum, prohibeat, & maximè quæcunque in ordinationibus curialium vel officialium interdicta ſunt. Nuntiet autem etiam nobis: vt decens ſuper eis imponatur correctio. Vtatur quoque præceptis ad clariſſimos prouinciarum iudices: vt & ipſi quæ fiunt inſpicientes, non permittant aliquid extra hoc quod à nobis conſtitutum eſt, fieri. imminebit enim eis pœna quinque librarum auri, ſi quidem & ipſi præuaricari videntes non denuntiauerint aut ſedi tuæ, aut imperio: vt vndique decens ornatus ordinationis gradui conſeruetur. Scripta cum adiectione, Dominico PP. Myrici.*

[a] Delicta clericorum popularia.

[b] Cura epiſcorum ad metropolitanos ſpectat.

[c] Moris erat, huiuſmodi exempla trãſmitti ad alios epiſcopos, *l.* 6. *in fine C. de ſumma trini.*

[d] A Theopoli dicitur. Theopolis, olim Antiochia *Nouell.* 42. *c.* 1. *dixi ad l.* 6. *in fin. Cod. de ſumma trinitate.*

[a] *V. Iulianum Patriciũ conſtit.* 7. De forma obſeruãda in alienandis rebus eccleſiaſticis: *V. prohemiũ conſtit. gloſſ.* 5. *nu.* 5. *& ſequentibus.*

[b] fructuoſis præſertim. *αὐτεργιῶν* n. prędiorum alienatio prohibita. *Nouell.* 2. *cap.* 12. Αὐτεργιῶν nomine, intellige prædia, quæ ſua ſpõte fructus ferũt, vt ſunt prata, ſalicta, & his ſimilia. & breuiter. *πάντα αὐ-πρόσοδα.*

# COLLATIO SECVNDA.

## DE NON ALIENANDIS[a] AVT PERMVTANDIS REBVS[b] ECCLESIASTICIS IMMOBILIBVS, aut in ſpecialem hypothecam dandis creditoribus, ſed ſufficere generales hypothecas.

### TITVLVS PRIMVS.

### NOVELLA CONSTITVT. VII.

Imp. Iuſti-